

et in specie concessa fuerint, ubi, frui, et gaudere libere et licite valeant, apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus et indulgemus, dictaque privilegia, immunitates, exemptiones, gratias et indulta primo dicto Ordini, illiusque Priori Generali et monachis aliisque personis, nec non eorum ecclesiis, monasteriis et regularibus locis communicamus, illaque ad eos, et illa extendimus.

Decernentes presentes litteras validas, firmas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac primo dicto Ordini illiusque Priori Generali et monachis ac personis huiusmodi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicut per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari et differri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante nostra de gratis ad instar non concedendis, aut quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec quatenus opus sit Ordinum huiusmodi etiam juramento apostolica vel cuavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis eorum omnium tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut presentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo persone in dignitate ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostensa. Datum

Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3 Februarii 1623,  
Pontificatus nostri anno secundo.

Locus Sigilli

S. Card. S. Lusannæ

Dom. Marinus archiep. jamen.  
et almæ urbis Gab.

Joachimus Valtinus publicus apost.  
auctoritate notarius in Archivio Rom.

Curie descriptus et immatriculatus.

Hac forte benevolentia Summi Pontificis affectus V. P. Pater  
Prior Cartusie Romanæ et generalis Procurator Ordinis suppli-  
cavit Summo Pontifici ut die 6 Octobris omnes seculares et  
regulares ubique terrarum sub semiduplici ritu recitarent  
officium S. Brunonis Confessoris fundatoris Ordinis Cartusien-  
sis, nec non in Breviario, Missali et calendariis impostecum impimen-  
dis festum ejusdem S. Brunonis describendum statueret.

Gregorius Papa XV

Ad perpetuam rei memoriam.

Domini nostri Jesu Christi, qui servos suos æternæ gloriæ  
premio donat in cælis, vices quæquam immeriti gerentes in  
terris, ex injuncto nobis pastoralis officii debito procurare  
tenemur, ut eorundem servorum Christi debita veneratio  
in dies magis promoveatur, et laudetur Dominus in Sanctis  
suis: quamobrem fidelium quorumlibet præsertim vero sub  
suavi religionis iugo altissimo famulantium votis, quæ peculia-  
rem Sanctorum hujusmodi cultum et venerationem respiciunt,  
libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter  
expedire. Supplicationibus itaque dilecti filii S. Bernardi  
Gazzii Ordinis Cartusien-  
sis Procuratoris generalis nobis humiliter  
porrectis inclinati, de Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-  
nalem sacris ritibus prepositorum consilio. Quod de cetero

perpetuis futuris temporibus festum S. Brunonis ejusdem Ordinis fundatoris die 6 Octobris, qua in celum evolvit, in Missali et Brevario romano reponi, officiumque de eo semiduplex ab omnibus ubique fidelibus recitari libere et licite possit et valeat, apostolica auctoritate tenore presentium concedimus et indulgemus. Quocirca Ven. fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ceterisque ecclesiarum prelatibus in universo terrarum orbe constitutis precipimus et mandamus ut in suis quibusque ecclesiis, provinciis et diocesis presentes nostras litteras solemniter publicari, et ab omnibus ecclesiasticis personis secularibus et quorumvis Ordinum regularibus omnino observari faciant. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides adhibeatur quae presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostensa. Datum Romae apud S. Petrum sub amulo Piscatoris die 17 Februarii 1623, Pontificatus nostri anno tertio.

S. Card. J. Gusamæ

Subscript. Ita est, Sylvester Spada Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> S. Cardinalis Vicarii notarius, et sigillat. ~~.....~~

Instituti hujus festi fama statim Antuerpianam usque pervenit et a quodam mercatore V. P. Prior noster intellexit qui nobis lecta haec nuntia in colloquio retulit.

In festo Annuntiationis B. Mariae nostri receperunt in Schuet. ultra 20 florenas quas fructuose expendit frater Regidius Conversus cui sacelli istius cura demandata erat, nam hoc anno procuravit depingi in tabula altaris Annuntiationem

dominicanam quamvis rudi minerva, et in alia habula pensili miracula quæ ibidem contigerunt. Nec frustra videtur tali modo predicasse populo, qui confirmatis in fama et fide miraculorum ibidem olim patratorem confidentius opem B. Virginis imploravit, aut ipsa Desipera gratitudine hac collecta, aut alio arcano et divino consilio quod nos latet renovavit signa, et immutavit mirabilia quod ex sequenti miraculo constabit, quod Amen non tam cito ad nostram pervenit notitiam, prout infra dicetur.

### Copia.

Anno Domini 1629 undecima Martii coram me Huberto Van Royen notario publico supremi Concilii Luxe Regiæ Majestatis admissio Basileæ in Wasia agente cum testibus infra scriptis comparuit in persona propria Enghelbertus Puteanus Jansonius ætatis annorum 29 et testibus mox citandis apprimè notus, in verbo veritatis asserens et affirmans se a primis annis herniosum fuisse, idque quia infra annos puertatis sensit sed non discretit, referente matre sua Margareta Questwaeter, quæ in octidiano puero vitium hoc notavit, incertum an ab ortu sibi congenitum fuerit, an violentiori fletu sibi consiverit. Hoc autem non tam scil quam sensit sibi, frequenter adeo grave molestamque fuisse, ut fæderat etiam cum vivere, propter quod et opus suum coactus est sæpius intermittere et arreptum iter posthabere, sed præcipue anno 1623 cum comitatu Verrebræckha profectus Burgum, quod leuca plus minus habes Antuerpia tam subito et vehementes sensit in se dolores irruisse, ut de progressu desperare debuerit, nisi præsto fuisset ei comitatus, cujus ope

et opera sublevatus, et subinde per manus attractus Evindrechtum pervenit, ubi eum, cum ad hospitium meritorium ductassent, in lecto reclinarunt. Non multo post audiens apud vicinam Hæstæ Domina de Gratia quæ colitur in Schuel (suburbanum est urbis Bruxellensis in quo Cartusia nuperime stetit, sed turbulentiis his temporibus eversa est) innovari miracula spem recuperandæ salutis concepit, et votum vorit se in eodem loco votivum nummum argenteum oblaturum prima favente occasione vel missurum, quem et actutum per sibi notum Martinum de Hedele uxoris suæ fratrem misit, ac mox optatam salutem in brevi consecutus est, adeo absolutam et perfectam absque ullius potionis admiculo vel arte manus medicæ, ut ex illo usque in presentem diem tam vita plenus et valetudine tam firma sit usus, ac si nunquam vitio hoc laborasset; sed nec ullas omnino mali veteris reliquias unquam exinde percepit, sive luctu, sive saltu, sive cursu, sive demique æquato se agat incessu.

Deposuit insuper idem attestans se domesticasque suas si quando in febrem incidant ordinariæ solere votum eidem Domine nostræ nuncupare, moxque certam fere statim requi medicinam, quod sibi Aer quaterve jam meminit accidisse. Et quia miracula et beneficia Dei, nec non et gloriæ Matris ejus manifestare gloriosum est in fidem præmissorum paratus et presto est idem beneficiatus juramento confirmare rem omnem ita se habuisse. Qui et sollicite curavit per me notarium publicum miraculum hoc in acta referri. Actum Basileæ in notariatus mei conclavi præsentibus testibus idoneis M. Joanne de Toverthe chirurgo, et Guilielmo Antonio utroque loci hujus inquitino ad hoc requisitis.

Quod attestat Van Roijen notarius publicus.

Divæ Virginis imagini Thaumaturgæ, quæ in suburbano (Schudt)  
Bruxellensi immolat signa et immolat mirabilia. Allusio ad  
nomen gratiarum, nam vocatur Domina nostra de gratia.

Si charitatem Dominam, Virgo, te jure vocamus,

Divæ parens domui huic eucharis esto tuæ.

Quod præstitit, nam dux idoneæ personæ hoc anno 1623 emis-  
erunt professionem, et postremus Dominus Bruno Van Cudenhagen  
optimum eidem legavit testamentum, quale a centum annis  
habere ei non contigit; facio gratias Summi Pontificis Ordini con-  
cessas, et victoriam a Deo patriæ largitam de inimicis suis.

Hæc quadragesima Ordines provinciarum Belgii alternatim  
evocati sunt. Bruxellam ut Philippo IV Hispaniarum regi  
solemne fidelitatis et homagii præstarent. juramentum nec non  
Infanti ut gubernatrici, hos in aula regia excepit Car-  
dinalis de Cuera, qui et eorum juramentum recepit, quo die  
autem præstiterunt Bruxellenses cum Ordinibus Brabantie ma-  
jor campana fuit pulsata in S. Nicolao. Ferdinandus II impe-  
rator Ratisbonæ comitia habuit, ibique Fredericum Comitem  
Palatinum proscripit et electorali dignitate eiecit, Maximilia-  
num autem Ducem Bavarie, qui durante illa rebellionis ac  
seditione Cesari totique Romano imperio insignem et fide-  
lissimam operam navasset, quodque ille ex stirpe et sanguine  
Palatinorum procreatus esset ex plenitudine Cæsareæ potestatis  
S. Rom. imperii archidapiferum declaravit. unaque ipsi  
electoralem dignitatem, sessionem, jus suffragii et Romani  
imperatoris eligendi potestatem contulit. 25 Februarii.

Calendis Martii princeps Walliæ primogenitus scilicet  
regis Angliæ ex improvise et summo silentio iter cum quatuor

fedis hominibus ingressus est, et in Galliam trajecit: unde celeriter equis in Hispaniam contendit ut matrimonium cum regis sorore, de quo dudum deliberationes habite fuerant, concluderet, et 17 die ejusdem mensis feliciter eo appulset. Magnifice a rege Hispanie exceptus fuit, multis ludis equestribus in ipsius honorem celebratis, mansitque ibi usque mensem Septembrem.

Hoc tempore proditio in Hollandia detecta est: conjurati illi, ut nonnulli scribunt in animo habebant principem Mauricium, et ipsius fratrem Henricum cum aliis octo primariis viris jugulare, et in omnibus plateis seditionem movere, religionis libertatem et immunitatem ab Hispanico jugo proclamare: atque ita promiscuam et horrendam eedem inter ipsos incolas suscitare. Pecuniam autem ad hanc conjurationem et proditionem exequendam ab Arminianorum factione collectam et erogatam fuisse, unus ex Banefeldiis capite plectus fuit, alter in Brabantiam fugit, ibique milites meruit stipendia regia.

Hoc mense Martio misit nobis archiepiscopus Breve apostolicum de celebrando festo S. Joachim, quod in Dominicam incedebat, hoc anno, expectavimus Ordinationem Capituli quae talis fuit: Ex decreto S. N. Papae Gregorii XV sub data diei 2 Decembris anni praeteriti mandamus in singulis domibus Ordinis celebrari festum S. Joachim confessoris Patris B. Virginis Mariae sub officio 12 lectionum 20 mensis Martii. Breve autem tale erat: S. D. N. Gregorius Papa XV motu proprio praecipit ut die 20 Martii omnes seculares et regulares ubique terrarum sub duplici ritu recitent officium S. Joachimi gloriosissimae Virginis Mariae parentis; nec non in Brevario, Mensiali

et calendariis in posterum imprimendis festum ejusdem S. joachimi describendum statuit.

Gregorius P. XV

Ad perpetuam rei memoriam. Apostolatus officium, nullo licet meritum suffragio, Nolis ex alto commissum, postulat, ut ad ea, pro quæ S. joachimi gloriosissime Dei genitricis Mariæ parentis omni laude dignissimi cultus et reneratio in dies magis augeatur mentis nostræ aciem sedulo intendamus. Nota itaque proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque apostolicæ potestatis plenitudine; quod de cetero perpetuis futuris temporibus ejusdem S. joachimi, festus dies die 31 Martii celebrari solitus: officio sub ritu duplici, juxta rubricas Breviarii romani per universum orbem ab omnibus utriusque secus Christi fidelibus tam secularibus quam regularibus, qui divinum officium recitare tenentur celebrari, atque idcirco in Breviario, Missali, et calendariis in posterum imprimendis ejusdem S. joachimi festum duplex describi respective debeat, tenore presentium perpetuo statuimus et ordinamus. Circum venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, cæterisque ecclesiarum prelatibus in universo terrarum orbe constitutis præcipimus et mandamus, ut in suis quisque ecclesiis, provinciis et diocesibus presentes nostras litteras solemniter publicari; et ab omnibus ecclesiasticis personis secularibus, et quorumvis Ordinum regularibus omnino observari faciant. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut presentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis eadem

prorsus fides adhibeatur ac si front. exhibita vel ostensa. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 2 Decembris 1622 Pontificatus nostri anno secundo. S. Card. S. Iusammæ.

Circa festum S. Gregorii Papæ duæ ultimæ fenestree vitæe majoris ambitus apposite fuerunt.

In majori septimana Ill<sup>mo</sup> Dux de Croÿ una cum Domino Petro Allabrandino nepote Clementis VIII mane divino officio interfuit in nostra ecclesia.

Frater Andreas Vander Meerem Conversus noster assumptus est a P. Priore Gyano S. Guilielmo ut secum iret ad Cartusiam.

23 Aprilis 1623 dominica Quasi modo Magister Joannes Lepenproÿ S. Theologie baccalaureus Bruxellensis professionem emisit coram S. Brunone Priore; nec parentes ejus conventui fuere ingrati; quem pro sua facultate gratiose tractarunt.

Circa hoc tempus P. Prior proposuit quemdam juvenem Antuerpiensem (qui Joannes Baptista Zampen vocabatur) conventui ut ad statum Conversorum admitteretur, sed omnes ad unum ei suffragium dare negaverunt, quod Conversi pro tunc sufficienti essent numero, quem alii Conversi intrudere caute conati sed in astutia sua delusi fuerunt, et mores juvenis non satis commendabiles vel ex tunc apparebant, postea furto nobis subtraxit orbis et lances stameas pro quibus amici aliquam restitutionem fecerunt, sed et ex civitate furto commisso aufugit et dicitur propter idem crimen suspensus in alia regione.

Dominus Pidoverjck curavit sepulchrum uxoris suæ in sacello S. Amie jacentis Astudinari, seu ibidem caveam fieri, in qua et sibi locum paravit, simul altare marmo-

reum ibidem erigi, propter quod ostium parvi ambitus ex sinistro in dextrum latus translatum est. Eodem opera totum templum dealbatum fuit septimana ante Pentecosten.

Capitulum Generale 15 Maii celebratum fuit in Cartusia. Precipui qui obierunt:

D. Laurentius de Venturis, Prior domus Padule alias Prior Romæ et Procurator generalis;

D. Vianus Grunellus, professor Cartusie, Prior domus in Seitz;

D. Franciscus de Victores, Prior domus de Aniago, professor et alias Prior domus de Miraflores;

D. Ludovicus Currellas, professor et Procurator et, alias Prior domus Aulae Dei, qui 50 annos laudabiliter vixit in Ordine et habuit ut precedentes Monachatum.

D. Joannes Sagoneau, professor et alias Prior domus Sagoneau Montis Dei et Abbatiæ habit. Missam de B. Maria. scriptor Ordinis. Fuit sui temporis scriptor celebris, propterea catalogum operum nostri, item ejus subnecto.

catalogus operum

Libri impressi.

- ipsius.
1. Susanna Danielica edita Parisiis apud Claudium Chappellet in quarto;
  2. Le Recueil du Chrestien a la vie religieuse imprimé à Reims par la vesve de Trigny et depuis à Caoul in quarto;
  3. Le pénitent du R. P. Fr. Jean Sagoneau etc. imprimé à Paris par ledit Claude Chappellet in folio.

Manuscripti Latine

1. Litaniæ pro omnibus solemnitatibus Beatissime semper Virginis Mariæ et pro omnibus diebus octavarum Nati-

- ritatis, Visitationis et Assumptionis ejusdem;
2. La vie et martyre de S. Jean-Baptiste;
  3. La vie et fuite signalée de S. Bruno  
Manuscrite francoise
  1. Le miroir du religieux;
  2. Le bouclier de la solitude;
  3. Le Chœur de la Croix;
  4. La Miséricorde dédié à Messieurs de Liège confières de la  
Miséricorde institués par le V. Père Sagneau lorsqu'il demeu-  
roit en la chartreuse de Liège;
  5. La Cablature spirituelle sur le Salve Regina, livre fort  
utile et remarquable;
  6. Poème de anges fort élégant.

Clericorum 67 monachi, 36 Conversi, 18 Donati, 1 Monialis.  
personæ 122.

29 Aprilis (nescio an hujus vel precedentis anni) admo-  
dum R. D. de Quasque abbas P. Firmi fundator et  
magnus benefactor novæ domus Burdegalensis. Habuit mo-  
nachatum.

Consanguineus ipsius V. P. D. Ambrosius Quasque gallus  
professus et Prior domus S. Stephani et Brunonis in Calabria:  
qui ante ingressum Ordinis junctus matrimonio cum  
consensu uxoris (quæ se etiam monasterio inclusit ni  
fallor) dictam domum petiit, postea revocatus in  
Galliam ut novæ plantationi præesset. Burdegalensi eodem  
anno habita electione sui eum domum revocant ut eis  
præesset.

R. D. Josephus Pentimali sacerdotis magnus benefactor

Cartusie Romandæ.

R. D. Joannes Udalricus de Berffanau Ordinis S. Benedictini  
commendator in Plymenthas.

Magnificus vir Philippus Cronchon civis Valentinus,  
benefactor Cartusie Vallis Christi.

Honesta virgo Anna Sabina Boueff Hagonsensis bene-  
factor Cartusie obiit 13 Junii.

Nobilis D. Salomea Rodmarin magna benefactor  
domus in Hingen (quæ obiit 26 Februarii) cum duabus  
sororibus Catharina et Francisca.

Primum hoc anno injuncta est Missa de Spiritu San-  
cto pro Ill<sup>mo</sup> et Excell<sup>mo</sup> S. Barone in Vadastain guberna-  
tore Moraviae, amplissimo fundatore et dotatore novæ do-  
mus in regno Bohemiae et benefactore Majoris Cartusie.

Ordinatio provincie

Priori domus Capelle non fit misericordia et S. Augu-  
stinus eat ad domum Leodie, ex qua postea Creveros conces-  
sit pro sedio sublevando.

Priori domus monachorum Brugis non fit misericordia et  
S. Thomam professum domus Lyre in sacristam et S. Gui-  
lielmum professum domus Lovanii in Procuratorem ibidem  
a Visitatoribus institutos confirmamus.

Priori domus Lyre non fit misericordia et S. Petrus Lam-  
berti professus domus Lovanii eat ad domum Dietsensem et  
ibi exerceat officium Vicarii.

Priori domus Diestensis non fit misericordia et S. Phi-  
lippus Buisset eat ad domum Lyre et ibi exerceat officium  
Vicarii.

Priori domus Gandavi non fuit misericordia et S. Vincentium professum domus Bruccellæ ibidem a Visitatore super annum in Procuratorem institutum confirmamus.

Priori domus Lovanii non fuit misericordia et S. Dionysius professus domus Leodii eat ad domum Capellæ.

### Ordinationes.

Primam de festo S. Joachim celebrando supra posuimus.

Similiter mandamus in singulis domibus Ordinis celebrari festum S. Ludovici Confessoris regis Francorum cum 12lectionibus, 24 mensis Augusti ex decreto S. D. N. Pauli Papæ V, anno 1618.

Ubi singulis domibus Ordinis laborantibus penuria librorum ad divina officia celebranda pertinentium, sufficienter possit provideri ordinamus Missalia, Prevaria, Gradualia ac Psalteria majora nec non Ordinis Statuta tam parva quam magna de novo imprimi, ac propterea monemus ut si quis in eis aliquid mutandum vel addendum existimat, P. P. Cartusie vel P. Sebæ in memoriali intra sex menses transmittat.

Casa 46 v

Sicut in historiis lego sub id tempus Hollandi Sylvanducis undique claudere, et adductis per Mosam flumen ducentis hydromilis aquam, quæ circumfluit urbem derivare, atque ita faciliorem ad urbem accessum sibi parare conati sunt. Quoniam vero Henricus Comes Bergensis urbi subvenit et Joannes Comes Nassovius quatuor tormenta, comitatum et mille quingentos milites recentes ei submitit, Hollandi ab instituto destiterunt, et inter Gennepeam et Graviam aliquot munimenta excitarunt, ut regis inter

Nonagum et ad alia loca intercluderent.

Haec aestate bellum fuit Lillio cum Christiano duce Brunsvicensi, qui praeterita hyeme et vere exercitum viginti hominum millium cum multis tormentis in Ducatus Brunsvicensis finibus collegerat ut cum Mansfeldio se conjungeret, cujus catastrophe infra videbimus.

In festo Visitationis B. Virginis quinque Moniales nostri Ordinis coronatae fuerunt Brugis et totidem in domo Gasnay ad quam V. P. Prior noster perrexit cum fratre Andrea Converso qui reversus introduxit hic ludum trunculorum, (quos in ordine positos pila dejiciunt et Galli vocant le jeu de queille) prout viderat in domo monachorum Gasnay ac in eundem finem P. Priorem (cum illic praesens) aedificasse sub quo laici et mercenarii se in dicto ludo exercere et recreare possent, tanto fervore nostri fratres Conversi ludus indulserunt ut nec in festo Assumptionis B. Mariae ab eis vacarent nec post vesperas aut completorium sed tunc non retro cellas sed ad aream pergere debebant, quod multi aegre ferebant nam seculares eis se immiscebant, et videbantur et audiebantur a secularibus praetercuntibus in semita, stans fluvium et religiosorum quietem turbabant, aliud est rursi ludere aliud in civitate, et magna est differentia inter Conversos et laicos donatos, nam illi in albis vestibus degunt, alunt prolixas barbas et secundum gravitatem suae vocationis ambulant et sicut decet heremitas, et ut D. Franciscus Le Pyppe professus domus Gasnay nobis retulit propter mer-

De Coronatione Monialium Brugensium scribit P. Jacobus Dionysius Prior Gandensis et Visitator ad P. Vicarium: Perfecimus, laus Deo, actum benedictionis quinque Monialium nostrarum non minus piequam honorifice, ac omnino feliciter et edificative. Gandavo 14 Julii.

cenarios seculares lulum ibi permillum Diebat P. Prior propter majus malum evitandum se id permittere, sed tandem ille lulum omnino intermissus fuit nec puto annum durasse.

Summus Pontifex usque ad extremum non cessavit nobis favere et indulgere ac Ordinem decorare concedens indulgentias in festo S. P. N. Brunonis propter quas majori frequentia secularium festum celebratur.

Gregorius Papa XV

Ad perpetuam rei memoriam.

Splendor paternae gloriae, qui sua mundum illuminat inf-  
 fabili claritate pia vota fidelium de clementissima ejus majestate  
 sperantium, tunc praecipue benigno favore prosequitur cum devota  
 ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Volentes  
 igitur omnes et singulas ecclesias monasteriorum monachorum  
 Cartusianorum ubicumque existentium aliquo spirituali mu-  
 nere illustrare. De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum  
 Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utrius-  
 que sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacra-  
 communione refectis, qui aliquam ex dictis ecclesiis die festo  
 S. Brunonis 6 mensis Octobris celebrari solito a primis Vesperis  
 usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visi-  
 taverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum  
 extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum  
 preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum in-  
 dulgentiam et remissionem misericorditer in Domino con-  
 cedimus, praesentibus, perpetuis futuris temporibus validuris. Vole-  
 mus autem quod praesentium transumptis etiam impressis  
 manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo alicujus  
 personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem pro-

sus fides adhibentur, quæ presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostense. Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo piscatoris die 3 Julii 1623, Pontificatus nostri anno tertio.

S. Card. S. Susannæ.

Alexander Palladius sac. Palatii apost. Cam. Notarius.

Die 8 Julii Papa Gregorius XV postquam aliquot diebus ardente febre et podagra exacerbata decubisset, ex hac vita excessit anno ætatis 70, civibus Romanis magno sui relicto desiderio, die sabbati, quæ fuit 10 ejusdem mensis cadaver arce plumbeæ impositum e Monte Cavallo in sedem S. Petri translatum, et triduo a populo spectatum fuit.

Sequenti die dominico Cardinales in Vaticano convenerunt, et illic defuncti Pontificis sigilla fegerunt.

Die 14 defuncto Pontifici presente Cardinalium collegio magnificæ exequiæ celebratæ fuerunt, quibus præactis 55 Cardinales solemnî pompa conclave ingressi et suffragia ferre ceperunt.

Archiepiscopus hac epistola subditorum suorum precibus animam Pontificis recommendavit.

Jacobus Dei et apostolicæ sedis gratia archiepiscopus Beckli-  
miensis omnibus presentes visuris salutem in Domino. De obitu  
S. D. N. Gregorii Papæ XV qui octava hujus ex hoc seculo migravit,  
certiores facti, muneris nostri esse putavimus, ut publicas pro ejus  
animas preces indiceremus. Quapropter tenore presentium ordi-  
namus, ut tam in ecclesia nostra metropolitana quam ceteris  
collegiatis et parochialibus ecclesiis et monasteriis hujus diocesis prima  
opportunitate debite exequiæ celebrentur, atque per Dei verbi prædi-  
catores anima ejusdem Pontificis devotis fidelium precibus com-  
mendetur. Confidentes et nihilominus enixe rogantes singulos presbyteros

ut unam Missam pro refrigerio animæ communis Patris de Ecclesia optime  
meriti celebrent, ceteri vero clerici officium Defunctorum semel reci-  
tent. Vbi autem oratio Christi gregi de bono Pastore quantocius sit  
prospectum omnes unanimi consensu divinam opem implorent.  
Datum Bruxellæ sub sigillo nostro secretarii nostri signatura, anno  
Domini 1623 mensis Julii die vigesima. A. Zeeus secret.

Habuit in Ordine nostro plenum curæ præalterius Monachatum,  
de quo optime meritus fuit.

In hoc et in aliis omnibus verum fuit Peccissime Pater annos  
Petri non videbis quod hodieque Pontifici dum inauguratur  
solet acclamari: P. Petrus, qui primus Pontificatum Romæ constituit,  
sedit annos 25 ut ipse sicut dignitate et meritis, ita et annis reliquos  
omnes sequaces et præteros superet: sive ut Pontifices in tanto  
fastigio et culmine dignitatis constitutos, humilitatis et modestiæ  
sicut Gregorio admonet, deceatque illud parvipendere, et celestes æternasque  
huic vel maximis honores ambire: sive ut hic eis stimulus sit ad acre et continuum  
fuit. heroicorum operum et virtutum studium dum cogitant brevem  
sibi fore pontificatum æque ac vitam, ideoque assidue sibi  
dicant: Quod facere destinasti fac cito, brevis enim erit tibi hæc  
potestas, brevis facultas magnorum facinorum.

Paucos ergo annos magnis virtutibus imple  
Paucis annis tot tantaque facito, quæ nomen tuum, et in terra  
et in cælis illustrent ac eternitati transcribant. Imitare Linos,  
Cletas, Clementes, Gregorios, Leones qui consummati in brevi im-  
pleverunt tempora multa.

Pet. Dam. l. 1. Proposuit olim Alexander secundus Pontifex hanc questio-  
epist. 17. nem B. Petro Damiano cur Pontifices tam paucis annis vive-  
rent, et nemo ad annos P. Petri pertingeret, cum nonnulli flo-

renti etate fuerint ac validi?

Respondit hoc iudicii celestis ordinem disponisse, ut humano generi metum mortis incuteret, ~~et~~ quam despicenda sit temporalis vite gloria, in ipso glorie principatu ac veluti sole deliquium patiente, evidenter ostenderet, praesertim cum unus omni mundo praesideat. Papa, reges sint simul plures, nec sic solent. Pontifices violenta morte occumbere uti reges.

In 2 Petr. c. 1.

Addit Cornelius a Lapide id fieri ut minus appetant homines Papatus culmen quod fore certi sunt non diu duraturum. Non appetit illud qui in huius Gregorii locum successit I. D. N. Urbanus VIII hodiernus Pontifex de quo Hermannus Hugo in praefat. in pia desideria. Et jam recens Pontificem omnium admiratione dictum nondum solemniter a throno salutatum, genibus humi nixis manibus oculisque sublatis Deum his verbis publice compellasse intellexi: domine si haec electio non est aut e gloria tua aut e bono Ecclesiae aut salute mea prius hinc efferar e conclave mortuus, quam vivus.

Henricus Van

Cudenhagen.

D. Henricus Van Cudenhagen Novitius orbatus utroque parente non ignorans non modicam reliquisse hereditatem voluit clam vel invitis fratribus disponere de sua parte, quamvis precise ignoraret qualis quantave esset, nisi quod aliquis secularis majorem illi asseruerit quam fortassis revera esset. Et P. Duratis negotii habebat juvenilem ardorem moderasse, cum magister omnia arbitrio ejus nimis scrupulose relinquenda putaret interim fratres calumniabantur nos eum ad ista compellere, sed falso, nec toto Novitatus ejus tempore audiri quemquam ab illo vel facite quidquam pretentem spem nobis seditur ab initio edificaturum cellam, nec multo plura expectabamus,

loquor communi sensu religiosorum, quorum plerique jam facta professione domui sancta legata fuisse ignorabant, quia valebat secretum esse et fratres latere, qui nihilominus famam perceperunt, et multas querelas et querimonias fecerunt, et in aliquem officialem satis acerbe invectiones coniecerunt propter traditum librum de illa materia tractantem et suspiciones. Dicebat vero P. Procurator, eum a sententia deductis per nos licet, qui tamen non potuerunt nec minis nec fictis labrymis. Frater senior Pastor in Scharenbek cernens obfirmatum ejus animum faciens de necessitate virtutem alicujus articuli moderamen obtinuit, ut liceret redditus denario 16 redimere ideo tertium condidit testamentum nocte precedente diem professionis suae, cujus exempla hic ponere congruum existimari pro rei memoria et informatione posterum. Volebat et sororibus Monialibus in S. Elisabetha plura legare, sed significarunt ei nolle se habere cum tanto dolore fratrum suorum, quorum rationem ut haberet serio admonerant et certe plus quam minus fecisse eum postea praenituit, quamvis semper voluerit domui bene provisum cujus Ordinem diligebat, sed caritatem aeque erga fratres sicut ad alios seculares ostendere non indecens fuisset.

Copia testamenti  
D. Henrici Cuden-  
hagen.

Testamentum D. Henrici Van Cudenhagen

Anno 1623 Augusti 5 latine redditum a D. G. E.

Coram me publico notario cum idoneis testibus comparuit in propria persona Henricus Van Cudenhagen Porcius restitutus in Cartusia Bruxellensi excedens annum aetatis suae 18<sup>m</sup>. Cui cum propositum sit comite Dei gratia penitus abdicare se negotiis et curis hujus seculi, ac in praefata Cartusia profiteri, ubi sequestratus ab omnibus vitae sollicitudinibus tanto securius sperat se posse suam salutem operari sub obedientia

religiosa; in hunc finem Deum venerans precatus est, et beatam Virginem nec non et cœlites omnes ut inceptis adesse velint et auspicia hæc vitæ melioris secundare.

In hanc autem cogitationem totus intentus, dum serio solem-nem professionem emittere parat, sicut usu venit ei qui jam-jam in sepulchrum iturus est (nam et ipsa quoque professio mors civilis est) identidem testari decrevit, et de bonis suis om-nibus disponere tam de redditibus, quam de mobilibus aliisque ad se pertinentibus nullis omnino exceptis ubi tibi demum ea sita sint, vel quomodocumque ad eum pertinere noscantur, habita om-nimoda ratione justæ partitionis cum fratribus et sororibus suis. De quibus cum adhuc sit sui juris (utpote Martinus) pro suo po-test arbitratus disponere. Ac proinde declarat se velle ultimas has voluntates suas ratas habere, ac debere plenarium suum effectum sortiri in forma codicilli, donationis, alteriusve cujusvis instru-menti, eodem prorsus modo, quo testamentum vulgo hominis christiani solet effectum suum sortiri, non obstantibus quibuscum-que aliis in contrarium, quæ forte ob minus exactam observan-tiam canonici vel humani juris civiliumve constitutionum possent objici, decrevit testator hoc ultimarum suarum volun-tatum instrumentum vim et effectum habere debere: ac per hoc ipsum cæteris quibuscumque codicillis derogari, quibus et per præsentem paginam quantum in ipso est derogat.

Quod igitur faustum auspiciatumque sit, imprimis in manus et obsequium omnipotentis Dei deditat consecratque testator corpus et animam suam, victurus deinceps ob amorem Dei sub obedientia Prioris ejusdem Cœliviæ Cartusienensis, quousque is fuerit pro tempore.

Deinde disponit consequenter in hunc modum de parte substantie sue quæ indiscriminatim adhuc et respective eum concernit servata proportione cum parte fratrum et sororum suarum: cujus quia in hodiernum diem nulla dum potuit iniri certa ratio, quod hactenus inventarium ejusdem assequi non poterit hinc est quod nec particularem sed generalem tantum et indistinctam ejus declarationem edere potuerit.

Secundo revocat precedentia quaecumque testamenta, codicillos et litteras quascumque ultimarum suarum voluntatum indices quomodocumque ante hac conceptas et posterioribus his priores sic corrigi in null et decernit omnino ut heredes sui proximo ab emissa professione trimestri numerent in manu P. Prioris aut Procuratoris ejusdem Cartusie summam bis mille florenorum Rhenensium: ex quibus edificabitur nova cella in majori ambitu, quæ et necessariis omnibus suppellectilibus instruetur ad formam Culinis et juxta consuetudinem domus.

Ex hac summa cogentur 200 Rhenenses ad emptionem librorum quod prefatus testator specificari voluit: ac insuper quidquid supra necessarias impensas quæ ad cellæ suppellectilem excurrit, applicari nulli rei librariae.

Item quod ejus heres vel heredes tenebuntur omnes expensas in restitutione factas et in professione faciendas solvere. Addit et sumptus jam pridem factos in vestibus suppellectilibus, libris et religiosa ~~capacitate~~ <sup>capacitate</sup> fieri consueti. Denique reliqua omnia debita illius, quomodocumque contracta, et adhuc contrahenda usque ad octavam diem post ejus professionem nullis penitus exceptis. Ad quorum omnium solutionem presentis hoc scripto suas heredes obligat et teneri nulli.

Et quia monasterium nostræ Domine de Gratia extra pomeria situm in suburbano Schuel injuria temporum premitus destructum est, et ideo translatum in civitatem ubi etiamnum extitit captum, sed defectu mediorum remanet imperfectum, ad cuius perfectionem multa requiruntur, hinc est quod idem testator considerans superiorum temporum contumelia multa quoque fuisse distracta, quæ hodieque a reliquis bonis sunt avulsa ad resarciendam eam jacturam, et ad sublevandas utcumque necessitates domus, statuit ut heredes annuum redditum 400 florenorum Pohenensium præfate domui representent quotannis, cujus solutionis tenor initium sumet ab anno 1623 et duobus anni temporibus videlicet semel circa ferias S. Joannis Baptistæ et rursus circa Natalem Domini fideliter pendetur nummo sexto decimo redimibilis. Voluit igitur cautum idem testator, ut heredes constituent illum super sufficienti pignore, ne domus detrimentum inde vel gravamen aliquod sentiat, sed sit liquidus et liber ab omni detractone nummorumque 5, 10, 20, 40, 100 minoribusque vel majoribus oneribus.

Item quando domus anterior et area multis adhuc necessariis indiget ædificiis et porta ac portophoria desiderantur, ad quorum omnium structuram summa magna necessaria erit, hinc est quod idem testator hereditibus suis imponit onus pendendi semel mille sexcentos florenas præfate domui, idque intra tempus biennii: vel certe redditum annuum 100 florenorum constituent super re sufficienti et immobili sicut de præcedenti jam dictum est, quem pendent ab eodem anno, et eodem anni tempore videlicet circa Natalitia.

Item legat idem testator Venerabili Matri monasterii S. Elisabethæ summam 300 Rhenenses, centum in usus et necessitates Annæ ac Elisabethæ Van Cudenbagen sororum suarum, et ex iis ducentis centum in die professionis, et rursus alias centum in die Primitiarum ejus ad hoc ut Deum orent pro ipso testatore.

Item legat nutrici suæ Annæ, et viro ejus Andræ de Goeff 100 Rhenenses semel, vel redditum vitalem 10 florenorum.

Item Cornelio Veruoeden hortulano habitanti in Scharenbeke similiter centum vel redditum vitalem 15 Rhenensium intra proximum biennium solvendum incidentem in Natalitia Domini.

Item legat pauperibus clericis S. Juditæ et S. Catharinæ singulis 30 florenos semel.

Item legat Agidie de Bonte habitanti apud D. Pastorem fratrem testatoris 20 Rhenenses semel.

Item Catharinæ Halens habitanti apud suam ipsius testatoris vitricam 15 Rhenenses semel.

Item Claræ Molanæ habitanti apud D. fratrem testatoris 10 Rhenenses semel respective suos post nominatos hæredes hac cura onerans.

Item delegat idem testator Conventui seu domui in qua primitias suas celebraturus est summam 600 florenorum semel ad comparanda altaris et ecclesiæ ornamenta in usum eorum apud quos initiandus est.

Item quod hæres vel hæredes ipsius testatoris tenebuntur Conventui seu domui in qua primitias suas celebraturus est numerare 500 Rhenenses ad impensas fieri solitas in Chichoro juxta consuetudinem domus et Ordinis item ad rem vestiti-  
viam aliæque necessaria.

Item ordinat ut Conventus hic in quo propediem profitei sperat in memoriam utriusque parentis sui in ambitu majori ponat curabit eorum insignia.

Nota

Item quod prefatus Conventus annis singulis temporibus perpetuo duraturis celebrabit unum Anniversarium proprium pro animabus parentum suorum, et ad intentionem ipsius testatoris semper et impioetermisse prima die vacante post Assumptionem B. V. Mariæ. Duo die quoque dabitur Conventui pitantia et hemina vini hispanici.

Item statuit idem testator ut prefatus Conventus Cartusie Bruxellensis pitantiam donet, item heminam vini hispanici unicuique religioso conventus illius in quo respective residet quamdiu vixerit videlicet quot annis in anniversario professionis, et feriis ipsius S. Brunonis.

Item decernit idem testator ut prefatus Conventus Aeneaturis diebus quibus ad ordines subdiaconatus, diaconatus et presbyterii mittetur cuilibet religioso dare pitantiam ut supra.

Nota

Item quod predictus Conventus hujus civitatis annis singulis temporibus perpetuo duraturis tenebitur dare per septem hebdomadas Quadragesimæ cuilibet religioso heminam (sive pintam) vini Hispanici. Quod si ullo unquam tempore visum fuerit superioribus in distributione harum pitantiarum aliquid contrarium esse Statutis vel rigori Ordinis cupit idem testator, ut si quid religiosi subtrahere velint distribuant pauperibus ad portam supra consuetum congiarium ordinarie dari solitum.

Ceterum idem testator denominavit universales heredes reliquorum bonorum suorum sub onere satisfaciendi omnibus

his respective legatis R. D. Petrum Van Cudenhagen pastorem in Scha-  
renbeke licentiatum S. Theologie, Franciscum Van Cudenhagen  
fratres suos et domicellam Martham Van Cudenhagen sororem  
suam: quibus liberum vult esse reliqua bona sua, ut reditus ipsorum  
testatorem quoadamtenus contingentia ex parte parentum suo-  
rum equaliter inter se dividere, nulla cuiquam data prae-  
rogativa super ceteros aliquid arrogandi. Ea tamen lege et condi-  
tione ut evolutis proximis sex hebdomadibus statim a die profes-  
sionis ipsius testatoris numerando teneantur acceptare vel recusare  
onera hic expressa et se conformare ultimis his voluntatibus  
ejus; ac mox actum acceptationis vel recusationis legitime tran-  
sigent. Et casu quo accepto, tenebuntur dicti haeredes ejus assecu-  
rationem dare ac promittere se fideliter omnia et singula hic  
expressa legata competenter impleturos: vel si renuntient,  
facient hoc quoque in forma debita et consueta sub poena  
privationis perpetuae omnium supra legatorum. Vult igitur  
ut in hoc casu (si videlicet ante sex septimanarum elapsum  
terminum non acceptent vel recusent) M. Henricus Meyers  
licentiatum S. Theologie, Protonotarius, scolaster et pastor in  
Monte frugido sub onere satisfaciendi praedictis legatis et om-  
nia accurate implendi haereditatem adeat, quem et modo-  
rite suum haerodem denominat instituitque.

Quod si vero nec hic nec alius denominatus et institutus  
haeres velit haereditatem sub onere vel distinctione, uti prae-  
missum est, adire; nihilominus ut voluntas testatoris implea-  
tur, et ejus constitutio suum sortiatur effectum, declara-  
vit et instituit sicut et expressius adhuc declarat et insti-  
tuit hoc scripto testamenti sui executorem M. Albertum

Van Cutelair licentiatum juris et advocatum in curia Brabantica; committens ejus manibus omnia bona sua ad effectum premissorum absque ulla exceptione: quem et auctorat ad hoc uti valeat adsciscere coexecutorem, qui protestatem eandem habeat secum testatoris omnia patrimonialia bona post premissam divisionem et partitionem factam vendendi, vel quomodolibet extorquendi ad hoc ut habeant unde piii legatis prout ante dictum est satisfaciant, et aliis supra expressis quatenus ea se extendent. Et ubi hiulca, et hiantia quedam viderint ea suppleant per diminutionem secundum debitam proportionem. Quae autem superaverint, ea numerabunt, septem depauperatis sacris domibus civitatis hujus Bruellensis, quibus (primariis heredibus refugientibus onus) idem testator sua delegat, ut supra.

Obsecrat autem praenominatum Dominum executores cum co-executore a se assumendo uti velit praedictum in se suscipere, nec gratis sed sub stipulatione justae mercedis ac insuper honorarii videlicet argentae poterit sexaginta quatuor Rhemensium quam absolutam potestatem auctoritatemque disponendi de omnibus secundum humana divinaque jura quatenus executoris officium postulat, et quoquo modo permittit, et quo modo testator nisi per professionem impediretur dispositurus de iis esset. Qui usque ad professionem suam exclusive reservat sibi jus mutandi, minuendi, augendi, corrigendi praesentes tabulas prout expedire videbitur.

Acta sunt haec in praefata domo 5 Augusti anno 1623 coram vocatis testibus Joanne Vand Schueren sine Bruellensi; Joanne Van Blitterswyck, Joanne Baptista Janssens nec

non in presentia prefati Tomini ac M. Petri Van Cudenbergen licentiatii S. Theologie qui exemplar huius seu autographum simul cum Domino testatore subsignarunt ad corroborationem ejusdem.

Parænesis S. Gerardi Eligii Vicarii Cartusie Bruxellensis  
Ad posteros nostros.

Oramus posteros nostros ne unquam obliuiscantur gratiam huius testatoris nostri, dedit enim partem substantiæ suæ; sed ingratitude vitio omnibus repudiatis abdicent omnem obliuionem et agnoscant unde bona, quibus gaudent, sibi provenerint. Tantum enim necesse est, ut fœdas belluas ingratitude vincat homo, si benefactorum sit immemor, quantum ebria cupiditas a vino ventosam ebrietatem antecellit. Unde philosophus ingratum et immemorem beneficiorum hominem inter animalia cuncta vilissimum projectissimumque in ventrem esse ait; cui ingluvies et segrities omnia suggerat probra et dedecora, suis haud absimilem, quæ in glandibus parte nunquam caput sursum attollunt, ut videant a cuius manu pastus ille descendat.

Corrumpit ingratus homo et violat naturam beneficiorum vel immoderate rebus indultis utendo vel non agnoscendo aut dissimulando beneficium: quem et comparare licet illi crocodilo, quem Ægyptia quædam mulier domi nutrebat ac Ægyptiorum more Deum esse credebat, qui ubi adolevit incretasaturque est ac impinguatus fuit; parvulum ejus, filium devoravit. Talis enim fere est omnis ingratus, qui ut plurimum devorat benefactorum substantiam sicut cibum panis, et eorum labore et sudore impinguat carnem suam, unde et merito tunicam dicitur habere tinctam sanguine et seris

malignis ac valis adamantinis sub ventre suo recludit omnia eorum beneficia novissima et antiqua

Securus quo pes ferat atque ex tempore vivit.

At non sicut illa mulier gratulata est sibi, quod sibi natus fuisset infans, qui Dei sui cibus esse meruisset: ita pietas eorum sibi gratulari poterit, quod pars et portio substantiæ, quam nobis legarunt tam multo sudore parata ac parata, cibus servorum Dei esse mereatur. Heu utinam non fallantur! Utinam Dei cibus, vel certe servorum Dei cibus sit, et non abdominis pabulum, voluptatisque negotium, quod putatur esse necessitatis aut religiose recreationis. Certe quod grandescat copia temporalium, quod nobis latifundia luxurient et largitate ac bonitate mirabili annona nostra semper proveniat uberior adeoque ut in mensa nostra natent pretiosi pisces, et in ipsis cellariis vineta succrescant Hispania hoc totum non nostris justis laboribus aut sudoribus sed iis piorum manibus debemus acceptum referre qui nobis parentum suorum patrimonia, prætia videlicet peccatorum.

O anima mea (inquit ille alius) vino satata et dapibus, attende quid valeas, cui tam pretiosa dona Bacchica funduntur, et quid pro te datum sit cogita agnosce quam grania sint illa onera et patrimonia, quæ ut Christus in suum traheret fiscum vel suum commodum pro eis seipsum dedit totum in ligno. Vere enim sunt prætia peccatorum, quæ fideles obtulerunt pro redemptione animarum suarum, quibus expiandis solus Christi sanguis et mors sufficere potest: quam ut recederes et eis quotidie per sacrificia applicares bonis temporalibus velut obsidibus apud te relictis tecum pa-

cisci voluerunt. Pactum est et erit in pactum. Cum igitur per te satis intelligas quam magna sit ratio perpetui debiti, reliquum est ut satagas misericordiam aliquam si non adaequatam at certe viribus tuis proportionatam reddere benefactoribus tuis

Sic majorum umbris huncem et sine pondere tenam  
 Qui benefactorem magni voluere parentis  
 Esse loco.

Si quæris cum Propheta regio: Quid retribuam benefactori meo, pro omnibus quæ retribuit michi? respondet illico tibi cogitatio tua: Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Calicem pro calice redde

Ecce tibi Dominus patera propinat, et auro  
 Ingeminatque tuis auribus, Euge, libe.

Et tu responde: libam Domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus vite mee, quia post te reliquisti sacrificium et libamina, quibus te placari vis in propitiatorio et super sanctissimo altari tuo: ut sic pro impetranda redemptione cuncta quæ in crucis Christus tuus impetravit ac promeruit, nos hoc rememorativo mortis ejus sacrificio benefactoribus caris et amicis applicarem.

Ideo dilecti in Domino fratres et posteri quotquot in hereditatem Domini venturi vel adhuc adsciscendi estis, corda et animos vestros in hanc intendere retributionem sedulo curetis et juxta Domini mandatum salutiferæ mortis et innocentissimæ Passionis ejus memoriam apportate vobiscum ad altare ac pro eis offerte, de quorum victimis comedetis adipem et bibetis vinum libaminum, serio apud vos recogitate quid pro nobis nostraque salute Deus Dei

filium fecerit et pertulerit, quomodo tandem ad crucem ad-  
actus sit agnus, quem nos offertis, in qua inter dura ex-  
probantium inimicorum convitia et inter acerbissimos cru-  
ciatus innocentem animam exhalavit. Haec et indicibilia  
alia plurima sustinens ut sacrosancti sui sanguinis effu-  
sione sordes earum animarum ablueret, pro quibus ei  
suae passionis hostiam immolatis.

In quo immensam Dei Patris in nos dilectionem  
agnoscere debemus, qui etiam sanguini suo non pepercit,  
sed dat illam in poculum et edulium, quem olim dedit  
in pretium: et ut ei representemus eundem quotidie  
novis exprostrationibus nos urget assidue dicens: sacrifi-  
cate sacrificium iustitiae, et sperate in me, multi dicunt,  
quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen  
vultus mei, unde et a fructu frumenti vini et olei mei  
multiplicati estis. Adhuc siquidem patrimonio Christi nostra  
auctetur numerus. Gratia et pax et misericordia fidelibus  
Christi defunctis, de quorum eleemosynis vivimus et super-  
stitibus qui nos auctorunt.

Quique sui memores alios fecere merendo

Omnes his utramque cingantur tempora vitta. Amen.

Suo anno Greg. Sexta igitur Augusti in festo transfigurationis Domini  
gorius XV cal. quod in Dominicam incidebat. D. Henricus Van Cuden-  
dam S. Brunonislagen emisit professionem coram D. Brunone d'Outslan  
ampliant per Piere, qui sicut ipse nomen sanctissimi Patriarchae nostri  
omnes ecclesias Brunonis assumpsit totus transiens corde et affectu cum  
fidelium. omnibus bonis in familiam Cartusianam, aderant et fratres  
quamvis tristes et alii quidam amici.

Hoc ipso die insignis illa victoria, quae exiguo Caesarianorum damno (quorum non plures quam 150 decesserunt) unius diei ab urbe monasterio versus Belgium itinere parata fuit contra christianum Brunsvicensem, quem tota hac aestate Gillius persecutus est, et tandem in Westphalia assecutus.

Dux enim Brunsvicensis dictus episcopus Halberstadensis ex circulo inferioris Saxoniae cuius ordinibus inivsus erat, nam ei imputabatur quod ille ducatus praedae et incendiis exponeretur, castra movens et quasi volens provincias imperii missas facere, et pace et quiete sui sinere, modo idem faceret.

Gillius et milominus exactioribus et direptionibus per quascumque gradiebatur vastabat, insigni abbatiâ Gerodensi una cum septuagenario cenobiarum P. Adamo Munchio miserandum in modum concremata, cum copioso exercitu studebat in Belgium militaturus et auxiliaturus Hollandis cum hic per Munsteriensem episcopatum Gillius per Paderbornensem itinere facto tandem 5 Augusti e regione Steenfordiae sibi invicem occurrerunt, et levioribus praelis primo certatum est, saepe ex manibus eorum elapi conatus est tandem sexto die circa tertiam pomeridianam instructis ordinibus pugnae potentiam fecit.

Cum uterque exercitus propter festinatum iter non nihil defatigatus esset, initio duae tantum equitum pedumque legiones congressae sunt. Mox instructa acie stormentorum et scloppetorum procella tanto fragore intonuit, ut coelum et terra contremiscere ac ruere videretur. Cum haec tempestas aliquandiu reverisset ad manus ventum est: ubi hostis initio strenue se gessit: sed mox in fugam magna

Ditionis straguntinae.

confusione versus est: ac licet Dux Christianus et praefecti ipsius nudo capite milites hortarentur ut fortiter pugnarent, tamen surdis cecinerunt. **Ventus** adversus, qui fluvium in Caesarianos agebat, initio molestus admodum fuit ita ut unus alterum vix videre posset. Caesariani tandem superiores facti et ad caedes versi ingentem hostium laniam miserando spectaculo ediderunt: qua in re Croatiae palmam caeteris praeripuerunt.

Caesarianis mactando defessis cum Lilius, ut a caedibus abstineret, severe mandasset, reliqui capti fuerunt. Caesorum per aliquot miliaria sparsim jacentium tanta fuit multitudo, ut numerari non potuerint. Pauci ex pedibus Ducem Christianum secuti sunt: omnes sarcinae, impedimenta annona, formenta, pecunia, omniaque ecclesiasticorum et aliorum bona rapta in Caesarianorum potestatem venerunt. Huiusmodi pugna a multis annis non fuit audita, nec similis toto hoc bello contigit: adeo ut Lilius ipse ut aiunt, fassus sit in monte candido ante Pragam tantam stragem non fuisse editam. Solum undique cadaveribus accumulatum fuit, quod visu horrendum erat. Quantum ex captivis cognoscere lauit in exercitu hostili triginta hominum millia numerata fuerunt, quorum non multi evaserunt. Dux Christianus cum aliquot turmis expeditorum equitum totam noctem iuxta Profordiam fugiens Zutphaniam incolam pervenit. Captivorum quinque millia fuerunt, ex quibus meliores electi et in militiam Caesaris adscripti fuerunt qui tamen postea defecerunt: reliqui nempe quater mille quingenti (quorum numerus ex distributis panibus iniri potuit) armis exuti a

Croatarum turba deducti, 9, 10, 11 Augusti ante monasterium ad B. Virginis et Jeddeseidensem portam citati, atque ab aliquot hominum millibus conspecti fuerunt. Miserandum utique fuit spectaculum, non paucis fere sauciatis et concisis: quibus incolae urbis cum ecclesiastici tum seculares Jesuitae, Capuccini et aliorum Ordinum fratres pro facultatibus, tametsi ipsorum hostes fuissent, panem, vinum, cerensiam et vestes suppeditarunt, aliaque christiane pietatis et caritatis officia praestiterunt: multos etiam clam subduxerunt et a Croatarum praedagogia liberarunt.

Capta quoque sunt 75 signa peditum, 18 vexilla equitum, praeter ea quae a militibus lacerata fuerunt, 16 tormenta, inter quae novem dimidiae muralis machinae et 7 colubinae, quibus elegantiores nunquam visae: quarum quatuor nuper ex Hollandia missae, quaedam urbis Brunsvicensis fuerant, tria magna mortaria aenea quae aliquandiu Coesfeldiae in foro sub dio cum omni instrumentorum genere omnium oculis exposita fuerunt, aliquot centeni currus, innumeri equi, scloppeta, thoraces fenei, et alius apparatus, multae praeterea sarissae quarum plerisque haec litterae P. F. inculptae erant: quas nonnulli populi fabulam, perditionem Frederici, pugnam fatalem alii aliter interpretati sunt: tametsi propius presbyterorum fenulam denotare videantur.

Liberationem fore aequae cito ac periculum nostrum cognovimus, nam Ill<sup>mo</sup> ac R<sup>mo</sup> Dominus archiepiscopus Hechliniensis commendavit omnibus pastoribus ac monasteriorum praefectis hujus oppidi Bruxellensis, ut hodierno (inquirebat) S. Laurentii festo pro Ecclesiae et patriae necessitatibus in ecclesiis suis preces Deo Opt. Max. offerant, et per Verbi Dei praedicatorum

populum ad comprecandum exhortentur.

Post vesperas novus professor primo litanias Sanctorum magna vocis contentione nec minore fervore cantavit, sed jam victoria parata erat, pro qua certiores sequenti Dominica 13 die istius mensis publicæ gratiarum actiones Deo actæ sunt, nam procul dubio Halberstadensis junctis viribus cum Hollandis in patriam hanc irruiturus erat, et ut vires nostras distraherent rex Franciæ ex altera armatus finem rei expectabat, et hoc semper agit ut si non bellum inferat metum tamen incutiat.

In minutionibus Septembris quinque ex nostris missas celebravit in Lachen et soror S. Judoci Ghinderbalen communicavit sub ipsius missa, quæ sequenti die magna cum pompa habitum Annuntiarum sumpsit.

Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> S. Lotharius princeps elector et archiepiscopus Trevirensis postquam archiepiscopatus 24 annis et tribus mensibus cum laude præfuerit, anno ætatis 70, septima Septembris ex hac vita migravit, habuit Anniversarium per totum Ordinem tanquam magnus factor Carthusianorum Trevirensis et Confluentis; præsens aderam quando fuit electus et inauguratus anno 1599. Successit Dominus Philippus Christophorus episcopus Spirensis.

Haud multo post recens electus Pontifex Urbanus VIII primum suum consistorium habuit: cumque eleganti oratione gratias pro sui electione egisset sequenti die Michaelis militantibus 23 Cardinalibus et multis præsulibus in eodem S. Petri delatus, atque ibi solemni ritu coronatus fuit. Quo facto, populo benedictionem et sex aureorum millia largitus est.

Breve sanctissimi S. N. S. Urbani divina providentia Papæ octavi  
 indictionis orationis quadraginta horarum ad divinum auxilium  
 initio sui Pontificatus pro salutari catholice Ecclesie regimine  
 implorandum.

Urbanus Papa VIII

Universis Christi fidelibus ad quos presentes litteræ pervenerint  
 salutem et apostolicam benedictionem. Aeternus rerum Conditor,  
 cujus iudicia abyssus multa eo vel maxime imperscrutabilis  
 ejus sapientie atque inexhaustæ potentie thesauros recludit  
 et manifestat, quod maximis in rebus non fortiorum sed  
 imbecilliorum opera plerumque uti non dedignatur. Quod  
 quidem in catholice Ecclesie administratione quam in hac temporum  
 difficultate nullo nostrorum suffragio meritorum, sed ejus mi-  
 sericordia nobis demandatam agnoscimus tanto luculentius appa-  
 ret, quanto majora earum, quibus circumdamur infirmitatum  
 argumenta extare dignoscuntur. Hinc fit, ut quemadmodum  
 misericordiam Dei humillime suscepimus; ita etiam tre-  
 pide vereamur ne ingenti onere pregravati christiani orbis  
 necessitatibus apostolica providentia, ut par est succurrere  
 valeamus. Caræ rei cogitatione permotus illud nobis sepius  
 occurrit beatum plane illum esse quem Deus ipse evu-  
 dicit; ac ne facies nostræ confundantur ad eum ut  
 illuminentur accedendum esse. Quoniam vero Santi regis  
 majestatem tum propriis cujusque tum etiam aliorum  
 orationibus adiri certum est: id ut facilius assequi, roma-  
 norum Pontificum prædecessorum nostrorum exempla nobis  
 ob oculos proponentes universis Christi fidelibus jubileum  
 de more indicere statuisse, ut saluberimis penitentiae

operibus orationes sociate, et roquantium merita cumulassent, et  
 divinæ nobis largitatis munera uberius impetrassent. Verum habita  
 temporis ratione, nec non aliis requissimis causis ea qua decuit  
 maturitate perpensis etiam oportuniorem spiritualibus, quibus  
 urgemur necessitatibus consulendi rationem inire decrevimus.  
 Quam igitur quadraginta horarum orationem in ecclesia  
 Lateranensi ac Principis Apostolorum et S. Marie Majoris  
 basilicis, nec non in una seculari et altera regulari ecclesiis  
 cujuscumque regionis almæ urbis nostræ per dilectum filium  
 nostrum in ea urbe vicarium in spiritualibus generalem, extra  
 vero dictam urbem in quibuslibet vicariis tam secularium quam  
 regularium ecclesiis ubilibet existentibus per ordinarios locorum  
 proxima vel altera subsequenti hebdomada post presentium  
 notitiam respective designandis, et quoad ecclesias et basilicas  
 urbis predictæ quarta et sexta feriis ac sabbato presentis et  
 sequentis hebdomadæ; quo vero ad ecclesias extra urbem die-  
 bus ab iisdem Ordinariis pro utraque hebdomada præscribendis  
 inchoandam et semel pro qualibet ecclesia peragendam tenore  
 presentium indicimus et instituimus; ad quas quidem eccle-  
 siam Lateranensem et basilicas Nos ipsi private accedere  
 eidem orationi interesse statuimus. Et propterea ut divinam  
 opem efficacius imploremus et simul effusis multorum preci-  
 bus fructuosius exaudiamur omnes et singulos utriusque sexus  
 Christi fideles ubique existentes enixe in Domino hortamur  
 et paterna caritate monemus ut durante oratione predicta  
 pias ad Deum preces effundant ut Ecclesiam suam sanctam  
 aueatur et protegat, hæreses undique evellere et extirpare,  
 fidem sanctam catholicam augere et propagare, pacem et

concordiam largiri dignetur, Nobis vero vires tribuat quibus susceptum onus ad ejus nominis gloriam fideliumque et anime nostrae salutem administrare valeamus. Eux ut eo libentius prestare studeant, quo uberius spiritualibus muneribus et gratiis a Nobis se reflectos, esse cognoverint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis predictis vere penitentibus et confessis ac sacra communione reflectis, qui quamcumque ecclesiam ubi oratio ejusmodi edicta et instituta fuerit devote visitaverint, et ibi per aliquod temporis spatium prout unicuique suggeret, devotio piis ad Deum ut praefertur preces effuderint, Monialibus vero similiter vere penitentibus et confessis ac sacra communione reflectis, quae tempore orationis praedictae in suorum monasteriorum ecclesiis similiter ut supra oraverint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem in Domino concedimus, etc.

Obiit prima Augusti D. Faustinus professor domus Neapolis, Prior domus Padula habens monachatum;

Item 16 ejusdem mensis D. Jacobus Fradin professor domus Caturci et alias ejusdem Prior, tunc autem Prior domus Cholosa et Visitator Aquitaniae, qui habuit monachatum;

Item Venerabilis D. Dominicus de Chercaga canonicus ecclesiae Gauditanae benefactor domus de Ziricio, 2 Junii;

Item 9 Aprilis honorabilis D. Brandes magnus benefactor domus Hildesim;

Item 7 Augusti D. Georgius Langlois Dominus de Lane consiliarius regis in praesidiali Lugdunensi; magnus amicus Ordinis, benefactor Cartusiae Lugdunensis;

Hem 14 Augusti nobilis domicella Ricudin amita R. P.  
D. Brunonis d'Affingues.

Die sexta Octobris in festo

S. Brunonis

Confessoris semiduplex

Omnia de communi Confessorum non Pontificum præter  
ea quæ hic apponuntur.

Oratio

Sancti Brunonis Confessoris tui, quæsumus Domine, inter-  
cessionibus adjuvemur, ut qui majestatem tuam graviter delin-  
quendo offendimus: ejus meritis et precibus nostrorum delictorum  
veniam consequamur. Per Dominum.

Ad Matutinum.

In 1<sup>o</sup> Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

In 2<sup>o</sup> Nocturno, ex ejus vita apud Turicum et alios.

Lectio IV.

Bruno cartusiense religionis institutor Colonie Agrippinense  
natus est. Ab ipso autem incunabilis specimen quoddam  
future sanctitatis prætulit; morum enim gravitate, pue-  
ritia illius ætatis, divina favente gratia declinans, adeo ex-  
celluit, ut jam inde monachorum pater, vitæque ana-  
choreticæ futurus instaurator agnosceretur. Ita parentibus  
genere ac virtute claris Lutetiam Parisiorum missus tantum  
in philosophiæ ac theologiæ studiis profecit ut Doctoris ac  
Magistri munus in utraque facultate sit adeptus, nec  
multo post ob egregias ipsius virtutes ecclesiæ Rhemensis cano-  
nicatu petitus. Resp. Honestum.

## Lectio V.

Anno Domini supra millesimum octogesimo secundo memorabili spectaculo apud Parisios interfuit; cum enim ad celeberrimi cujusdam Magistri funus Aridus celebrandum tota fere civitas convenisset, accidit ut ad illa verba proallentium, Responde mihi prima die se accusatum, secunda judicatum, tertia condemnatum ore proprio defunctus exclamaverit. Peccati novitate ac certæ damnationis sententia percussus inter alios Bruno cum sex aliis familiaribus mundo renunciatis, S. Hugonem episcopum Gratianopolitanum adiit: Quæ causa eorum adventus cognita, eosdemque intelligens esse, quos eadem nocte veluti septem stellas ad suos pedes convergentes in somnis viderat. Illuc Bruno cum sociis ipsoque Hugone comitante biennio post recedens cum per aliquot annos eremiticam vitam egisset ab Urbano secundo, qui ejusdem Brunonis discipulus fuerat, Romam accessit. Resp. Amavit eum.

## Lectio VI.

Ejus consiliis ac doctrina Urbanus in tot aliis Ecclesie calamitatibus per sex annos usus est; donec Bruno recusato Rhegiensi Calabriae archiepiscopatu, discedendi facultatem obtinuit. Igitur solitudinis amore eremum quamdam apud Squillacum in Calabriae finibus petiit: quo in loco cum ipsum orantem Rogerius Guiscardus Dux Calabriae inter venandum latrans ad illius speluncam canibus, quadam die reperisset, sanctitate viri permotus, illi ac sociis Ecclesiam S. Mariæ ac S. Stephani de Eremito donariis magnificentissimis a se auctas concessit. Nec liberalitas sine præmio. Cum enim idem Ro-

gerius Capuam obsideret, eumque Sergius quidam Græcus exul-  
rum Magister prodere statuisset, Bruno adhuc in dicta eremo  
vivens in somnis illi omnia aperiens, et imminenti periculo  
liberavit. Tandem virtutum ac meritis plenus, nec sanctitatis  
minus quam doctrinæ fama clarus, convocatis fratribus vitam  
suam simul ac fidem facta in hæc verba percelebri confes-  
sione conclusit.

Credo etiam sacramenta, quæ sancta credit et veneratur  
Ecclesia, et nominatim panem et vinum quæ consecrantur  
in altari post consecrationem verum corpus esse Domini nostri  
Jesu Christi, veram carnem et verum sanguinem, quæ et  
nos accipimus in remissionem nostrorum peccatorum, et in  
spem salutis æternæ. Obdormivit in Domino pridie Nonas  
Octobris anno salutis millesimo centesimo primo. Sepultusque  
est in eodem monasterio S. Stephani ab ipso Rogerio duce  
constructo ubi hæctenus honorifice colitur. Resp. Iste homo.

In 2<sup>o</sup> Nocturno. Lectio S. Evangelii secundum Lucam, cap. 12.

Lectio VII.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: sint lumbi vestri  
præcincti et lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia S. Brunonis Confessoris.

ex serm. 5 de Confessoribus.

Non possunt alii esse lucernæ ardentes, nisi illi, qui lum-  
bos præcinctos habent, lucernæ quidem esse possunt; ardentes  
esse non possunt. Nisi enim ignis inferior extinguatur, superior  
lucere non potest. Inferior ignis luxuria est; superior vero, quis  
alius, nisi gratia Spiritus Sancti? Lucernæ autem ipsi sunt, qui

nisi continentiam et castitatem habuerint, non lumen et claritatem, sed tenebras ministrant et cæcitatem; cæcus enim si cæcum duxerit, ambo in foream cadunt, Domini sententia est, Qui autem lucerna ardens esse vult, lumbos præcingat, continentiam et castitatem custodiat. Resp. Tute est.

### Lectio VIII.

Lic enim præcinctos esse oportet qui Salomonis custodiunt lectum. Lectus Salomonis est Ecclesia, illius videlicet Salomonis, qui ait, Ecce plusquam Salomon hic. Tunc illi bene præcincti sunt, qui super femur suum, suum gladium habent; illum videlicet gladium, quo castissima Judith Holophernem interfecit. Apostolus enim non solum episcopos et sacerdotes verum etiam omnes Christianos sanctos, castos et continentis esse jubet, cum dicit: Qui habent uxores tanquam non habentes sint, et qui solutus est ab uxore non ducat uxorem. Resp. Sint lumbi vestri.

### Lectio IX.

Sequitur. Beati servi illi quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes; si ad ultimum adventum respiciamus, et bonos et malos omnes vigilantes inveniet. Non erit enim tunc tempus dormiendi, sive boni sive mali aliquid agendi; sed solummodo timendi, et judicium expectandi. Ergo dum tempus habemus cum apostolo operemur bonum ad omnes. Hoc est enim vigilare, in bonis operibus perseverare. Illa anima dormit, imo quasi mortua facit, cum negligens et desidiosa est, et nihil boni operatur. Ille bene vigilat qui ait. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Tute enim non solum vigilat sed et vigilando Deum laudabat. Ce Deum laudamus.

Ad Laudes et per Horas omnia de Communi.

Lectiones secundi et tertii Nocturni cum oratione in festo S. Brunonis recitandas sacra Rituum Congregatio audita relatione Ill<sup>mi</sup> Cardinalis Monti approbavit, atque in Brevario romano cum novum excudetur inserendas esse decrevit, 6 Martii 1623. — Franc. Maria Card. a Monte

joannes Baptista Rinuccinus sec. Cong.

Quia istas Lectiones non habemus in usu aut in Brevario pro memoria et gloria S. P. N. et privato usu confratrum futurum hic inserendas.

Qua devotione erga Deum et Sanctos, qua animi dimissione erga sedem apostolicam Leodienses (quamvis in rebus politicis dure cervicis sint) et quanto triumpho et jubilo Patrum nostrorum dictum officium susceperint recitandum ex sequenti epistola lector cognoscat.

Copia epistolae V. P. Vicarii Cartusiae Leodiensis

Ad fr. Petrum de Wal Carturiamum Bruxellensem.

Venerande Pater, quanta solemnitate festum S. P. N. Brunonis peregerimus non potui vobis non scribere, non ut quietem vestram inturbarem, sed ut letitiae nostrae participes vos facerem: ab ornatu ecclesiae incipio, quam ex integro auleis vestivimus. In altari erant 14 candelabra argentea, 18 candela ex alba cera; circa chorum alia quam plures: e quibus duarum 12 florenorum Prabanticum, undecim unius daleri; reliquarum fere medi pretium erat; universarum numerus fuit 37 omnes ex alba cera et omnes tempore Missae et Vesperarum accensae. In elevatione faces accensae ex alba cera deferabant quatuor juvenes in ornatu

angelico, duo alii incensum dabant. Missam hanc cantavit Reverendus  
 D. D. Decanus G. Lamberti; Evangelium Nihilis, Epistolam Licentiatas  
 et abbas secularis. Insuper duo alii licentiatas erant cantores, omnes  
 canonici G. Lamberti nini Ordinis. De musica non est quod loquar  
 cum omnes voces selecte fuerint, et nullum instrumentum ma-  
 ximum defuerit. Aderant organa, gallice regalle, basseviol, mandore,  
 2 cornetes, 3 violons, unq chakabout, 1 fagot, flageolles, et des chi-  
 flettes de 4 ou 5 sortes, etc. Non est audita talis musica a multis  
 annis. Post Missam facta est processio, in qua fere 200 homines  
 adfuerunt sedas, faces, etc. deferentes. Quilibet monachorum et fra-  
 trum candulam albam accensam præ manibus habebat. Inter S. Vi-  
 carium et P. Priorem erat unus abbas cum sua candela, quos  
 sequebatur chorus musicæ Italianæ B. Virginis decantans. Quatuor  
 angeli faces abbas circa V. Sacramentum deferbant: duo alii  
 incensum ministrabant, aderant duo alii, quorum unus tin-  
 tinabula, alter naviculam portabat. Ubi ventum est ad curiam  
 (l'on a donné une décharge de mousquettes) immixit fragore  
 colum: post subsequuta sunt decem tormenta bellica, quorum  
 boatus etiam Congris auditus est (quæ urbs a civitate Leo-  
 diensi quatuor milliaribus distat.) longum foret singula  
 enarrare. Finem faciam si de vesperis aliquid breviter  
 tetigero. Hymnus Iste Confessor Domini musicæ decan-  
 tatus fuit una cum cantico Magnificat tanta audientium  
 voluptate ut aliqui præ devotione florerent. In omnibus  
 Canonicatibus audite sunt campanæ majores tam in vigilia  
 S. P. N. Primonis circa sextam vesperi, quam ipso die mane,  
 meridie, vesperi. Ipso die circa secundam post meridiem  
 consules civitatis explodi fecerunt iterum tormenta bellica,

auditi sunt ictus 23. Magna fuit totius civitatis in sanctum devo-  
tio. Benedictus Deus qui dedit illis talem voluntatem. Nos quo-  
que in honorem Sancti aliquid conscripsimus, quorum  
exemplaria hic habes. Ad qui longique consule et orate Deum  
pro me 14 Octobris anno 1623. Cuius nuntius meus

fr. Franciscus Francisci Vicarius Carl. Leod.

Exeste profani

Glorieque comes Invidia

Adeste sacra

Virtutisque fomes Justitia

Ex urbe in orbem universum fil BRUNO gloriosus

Ita voluit terræ supremum Numen

GREGORIVS QVINTVS DECIMVS

Quis est iste qui ascendit de deserto solitudinis, deliciis affluens?

Ego vos clamantis: Beati,

QVI CVSTODIVNT vias Meas

Silentium, et solitudinem, virtutum parentes.

Nec enim — alia magis est libera et vitio carens

Ritusque melius vita, quæ puiscos colat,

Quam quæ relictis membris silvas amat.

Quid aspicias in solitudine nisi choros angelorum,

Israelem Eliam Ismaelem

Confortantium, reficientium, potantium?

Quid despicias in urbe, nisi Thyasos demoniorum,

Samsonem, Naboth, Salomonem

Eviantium, interficientium, infatuantium?

O munde immunde!

Qua rabirosa fugit canis et luctulenta ruit sus,  
 Dalila Jezabelis Moabitaram  
 O solitudo sine solitudine!

Ubi — Zephyris melioribus halant  
 Perpetui flores

Cartusianorum Eremitarum Anachoretarum  
 Gloriosa dicta sunt de vobis solitudines Cartusie et Calabriae

Non tam antra ferarum quam flumamentum astrarum,  
 In illa dum oritur BRUNO offusa refulsit caverna:

In hac dum moritur BRUNO confusus infrenuit Avernus  
 jubilate BRUNONI universa terra

Qui piis letis animas reponit

Sedulus — Superis Deorum  
 Gratus et imis

### Canticum de S. Brunone

Antea compositum et editum incerto nobis auctore.

Te sanctum Brunonem laudamus  
 Te patronum piissimum confitemur.  
 Te amabilem Patrem omnis Cartusia veneratur.  
 Tibi omnes cellae et universae solitudines.  
 Tibi omnes filii Cartusiani incessabili voce proclamant:  
 Pater, Pater, Pater ora pro nobis.  
 Plena est omnis terra boni odoris sanctitatis tuae.  
 Te devotus Cartusianorum chorus  
 Te eremitarum laudabilis numerus.  
 Te anachoretarum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta laudat exercitus.

Patrem esimae pietatis.

Laudandum tuum magnum et sanctissimum propositum.

Sancta quoque perpetua carnum abstinencia.

Tu exemplum penitentiae.

Tu ad relinquendum seculum non horruisti solitudinis umbraculum.

Tu devoto mundi aculeo invenisti sequentibus te viam caelorum.

Tu in regno Dei sedes.

Te ergo quaesumus famulis tuis subveni, quos ad sodalitium tuum elegisti.

Aeterna fac precibus tuis gloria munerari.

Salvos fac filios tuos oratione jugi, et benedic posteritati tuae.

Et regere eos et conserva eos usque in eternum.

Per singulos dies deprecamur te

Et in te laudamus nomen Dei in seculum, et in seculum seculi.

Dignare, Domine, die isto precibus tuis nos custodire

Fiat salutifera protectio tua super nos, quemadmodum nos amasti.

In tuis ergo precibus speramus ne confundamur in eternum.

Beatus Bruno

Anagramma

Sub nube orat.

Hebraei sub nube Deum, Sub nube Mariam

Bruno orat: voti est compos uterque sui

Nubis ad imperium castra illi, hic astra movebat.

Haec regnum caeli, praebuit illa soli

O Maria ad te stillant oculi Cartusianorum, Eia ergo Mater nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

O columna nubes quae aestuantium concupiscentiarum elidit

ardorem, narumque in hac solitudine nostra ducatum prebe. Cantabimus tibi quia gloriose magnificata es atque dicemus in confessione opera misericordiarum tuarum universa bona valde.

In hac domo melius solito templum fuit ornatum et ambitus multis imaginibus ex civitate allatis ceterum continuimus nos quod dicebatur melius esse nos remanere in simplicitate nostrae, qua abusus visus est noster ordinarius, nam bullam non publicavit sed exemplaria impressa 22 die post festum remisit subsignata quidem sed a quibus resouerat titulos, quod P. Vicarius absente P. Priore significavit Ill<sup>mo</sup> Nuntio apostolico, qui hanc domum propterea accessit in vigilia Sanctorum omnium, et conventuali Noisae interfuit, a quo et diaconus benedictionem ante Evangelium petiit et post decantationem librum eidem detulit osculandum post officium in ecclesia peractum sapienter. P. Vicario respondit, et tandem conclusit ut si archiepiscopus nos vellet bullam publicare et servare tunc Sedes apostolica consuleretur, sed ut dicam veritatem non feceramus aliquam instantiam, et volebat forte videre si ubique reciperetur, quia non videbatur illi ita pregnans et celebris sicut aliorum, et Domino de Mol protonotario bullam exhibuit de S. Francisco Paulino, qua ejus festum majori emphasi celebrandum indicabatur. R<sup>mo</sup> episcopus Tynensis nullam fecit difficultatem, PP. Capucini Lovanii fuerunt consulti, qui responderunt mandatum Pontificis satis discrete in bulla significari. Exemplaria autem curaverat imprimi R. B. Laurentius Zenius in oppido Lovaniensi collegii Sivei preses optime de Ordine meritis qui etiam curavit ut episcopus Hibernus ex Ordine

Recollectarium Missam cantaret illo die in Cartusia Lovaniensi, cui ipse cum collega Canonico S. Petri ministrarunt in officio diaconi et subdiaconi. Bulla etiam Cameraci fuit publicata et impressa.

Roetelle 9. Novembris obiit S. Hubertus Fauconpre professor domus S. Sophiæ ibidem apud Vestales S. Claræ sepultus, longa aetate et stusui ethica consumptus, qui fuit aliquando hic hospes et edidit librum gallice Venidarium spirituale orationum et meditationum pro devote audienda Missa, et hunc gallice interpretatur librum Dionysii de enormitate peccati.

Sub id. Hispanici et Neoburgici Lipstadium in Westphalia, duce Comite Ritbergensi 6 Septembris obsederunt: et quoniam urbs aliquantum ampla est ne obsessis auxilia mitterentur Cordubensis non procul inde castra posuit. Post graves oppugnationes in quibus ex obsessores sexcenti ceciderunt, sub finem Octobris certis conditionibus urbs dedita est, tunc reliqua oppida ac prefecturae in Comitatu Ravenspurgensi ut Heerrorda, Rilefeldium, Vlosta, Ravenspurgum se Comitis Palatini Neoburgici potestati absolute subjecerunt, excepta Sparenbergia presidio Ordinum et electoris Brandenburgici firmata.

Quoniam Ordines generales federatarum provinciarum Belgii introducto in urbem Embdensem presidio Cillium antereverunt. Ipse cum exercitu Caesareo retrocescit quem Comes Oldenburgicus aliquandiu sustentavit, et multos panes pro eo pensandos curavit. Idem fecit civitas Bremensis.

In Hungaria Bethlehem Gabor a quibusdam Germanicis principibus instigatus novas turbas dedit.

26 Novembris et sequentibus diebus Nicolaus Esterthasius prefectus  
munitionis Neuluselane Turcas qui venerant in subsidium Galoris in  
discessu profligavit quoniam resciverat eos magnam captivorum  
christianorum multitudinem secum trahere (quorum miseris)  
Turcarum agmen tertio invasit et Dei auxilio fudit, multis occi-  
sis et captis, et multis christianis liberatis, ac rursus magna preda  
ex curribus, equis, camelis, et mulis, qui pecunia extorta et argen-  
tea suppellectile rapta onerati erant, cum aliquot vexillis, quae  
Caesari remisit, protitus.

Ad haec Esterthasius octo currus coccineos et pellibus zobelinis  
onustos, quas merces Bethlehem Galor ex Turcia sibi advehendas  
curaverat, ex insidiis aucupatus, militibus diripiendas concessit, et  
ex primo prefectis suis qui strenue rem gesserant clamydes  
confici curavit.

Circa idem tempus Turcae a prefectis Hungariae Peiffen-  
bergio Breunero et Comite Serino caesi fuerunt.

Mustaphas Turcarum imperator offensus crebris sediti-  
onibus quorundam qui Osmani strangulati Sultani mortem  
vindicare volebant imperium sponte praetorianis et equitibus  
consentientibus resignavit et suo patrueli Amurathi stran-  
gulati Osmani 16 annorum juveni cessit.

Mustaphae illi Bethlehem per suos asseclas persuaserat  
Caesarem subacto et pacato Romano imperio omnem vim  
impetum contra Turcicum imperium conversurum, quo  
nomine multorum millium Turcarum auxilium impe-  
travit.

V. P. Visitator S. Denys in Cartusia Leodiensi perman-  
sit duobus integris mensibus propter inquietum quemdam

religiosum qui ad Ill<sup>mo</sup> Nuntium apostolicum provincie R. the-  
nanæ appellaret, ad quam domum etiam noster V. Prior  
se contulit cum epistolis R. Patris.

Quin etiam delinimus præbere eodem fere tempore  
hospitium fugitivo domus Lonaniensis qui ex carcere evaserat,  
et ad Nuntium in hac civitate degentem similiter appella-  
rat, sed P. Richardus Vicarius hujus domus tam dilucide  
respondit suis objectionibus ut diceret Nuntius Ordini se  
reconciliaret aut abscederet, et adhuc hoc anno 1633 vagatur  
per mundum.

Ser<sup>ma</sup> Trabella Clara Eugenia postquam quinque gene-  
rosas e curia sua virgines in S. Cherese domicilium  
solemniter inducisset Gandavi, nihil antiquius habuit quam  
celeberrimum S. Crucis iter ibidem superioribus annis accurato  
circuitu et imaginum serie ab Ill<sup>mo</sup> Mechliniensi Jacobo  
distributum et indulgentiis auctum cum primatibus suis  
invisere. Pedes ipsa rigente tum licet celo comitata Exal-  
tissimo Marchione Spinola aliisque proceribus univer-  
sas stationes obiret, atque ante singulas atque adeo his denas  
icones diu supplex flexit. Quinimo ad augendam loci reli-  
gionem sua munificentia primum Horti mysterium illustri  
vestibulo ornatum, in sacelli angustam frontem erexit. Con-  
stigit hoc 8 Calendas Decembris ipso festo Conceptionis B. Mariæ.

Erat hoc anno P. P. Hyacinthus de Casali concinator  
apostolicus Capucinus et a S. Sede pro tempore in Belgio  
legatus, quo exhortante eadem princeps instituit per R<sup>mo</sup> Me-  
chliniensem curavit supplicationem in hebdomada sancta  
Bruxellis in urbe Palatina, et orationes 40 horarum aut amplius a

Dominica scilicet Palmorum usque ad feriam quartam in templo  
 Capelle a Patribus Capucinis haberi cum indulgentiis plenariis ad  
 quas lucrandas accedunt ordinate parochiarum classes sigillatim depu-  
 tatis horis processionaliter et religiose ex suis ecclesiis procedentes,  
 et orationes per solemnem supplicationem feria quarta circa meri-  
 diem finiuntur, in quibus processionibus viros principes, duces  
 aliosque magnates cucullo Capucinorum indutos adituorum fungi  
 officio, et elemosinas pro depauperatis familiis vel incarceratis  
 ab accedentibus petentes aut alios aspero cilicio ad carnem  
 indutos gravi Arabe onustos ac similibus publicæ penitentis in-  
 strumentis magna omnium edificacione conspiciere licet. Ad  
 hanc supplicationem præter ipsos Capucinos et imitatos Carme-  
 litas et Bogardos alii religiosorum Ordines venire recusarunt,  
 quod aliis etiam occupentur. In prima vice aderat ipse  
 P. Hyacinthus qui italice concionabatur, sed quia immisce-  
 bat frequenter sententias latinas fere a literatis intelligebatur  
 vel ipsis penitentis operibus rudiori populo sufficienter præ-  
 dicabat, processit semel ad suggestum cum corona spinea  
 quam inter concionandum validiori ictu capiti impressit  
 ut sanguis efflueret ac populus misericordiam inlamar<sup>et</sup> præ-  
 sente Tabella.

Introduxit etiam presbyteros Cratorii in Montem acutum.  
 Verum res politicas tractans non erat gratanter acceptus quia  
 domui Austriacæ favere non videbatur.

Circa Natalitia P. Prior recepit a fratribus S. Cudenha-  
 gen sex millia florenorum aut amplius, quidquid oportebat  
 pro redemptione census annualis quadringentorum florenorum,  
 quos nobis legaverat S. Bruno petito consensu Conventus

forte non necessario per P. Priorem ex parte dictorum depo-  
nentium, nam consensus erat redimibilis ex postremo testa-  
mento.

In Natali Domini matutinis interfuit in nostra ecclesia  
Excell<sup>entissimus</sup> Dominus dux de Croÿ Marchio d'Haure atque  
adeo strenue in decantandis psalmis operam manavit ut  
gloriaretur se æquasse vel superasse duas voces aliorum  
religiosorum.

V. Prior in dictis festis ordinavit ne ultimus pulsaret  
amplius ad elevationem in medio chori ubi pendit corda  
aut ibidem procumberet sed eandem cordam traheret ad  
se intra formas et suo loco flectens pulsaret. Quibusdam  
hec ordinatio displicuit, quod id non satis commode fieri  
nec caret edificatione tam humilis cubatio; siquidem et  
sacerdos tam ante quam post missam in medio chori pro-  
cumbit, et æque debet esse pro claudendo ostio chori  
quamvis in Cartusia ita fiat sed ecclesiarum diversæ sunt  
constitutiones. Concionatorum numerus rursus auctus fuit.

28 Novembris obiit V. P. D. Bertrandus Morel professor et  
alias Prior domus Montis Dei et Convisitator provincie Picardie,  
nec non Prior domus Lcale cæli in Lusitania (ab anno sci-  
licet 1594 usque ad annum 1606 sub quo priore monachi de-  
gentes in palatio regis in dimidio mensis Decembris an-  
no 1598 ad novam domum translati sunt) qui circiter 60 an-  
nos laudabiliter et exemplariter ubique vixit in Ordine ha-  
bens plenum Monachatum.

Anno 1624.

6 Februarii Bruxellis diem suum obiit Ill<sup>mo</sup> princeps de Ligne pro quo habuimus aliquot Missas legere.

Sequenti die dux de Croÿ recepit mercedem pietatis suae constitutus caput financiarum quod officium diu ambierat, et datus ei collega Comes Tarfuse antea dictus Vicecomes Montenac patrimonio dives et a pietate ut violeretur et economia spectatus, sed expectationi de se conceptae non respondit et non raro querimonias cum aliis commissariis habuit et tandem anno 1632 surpiter a seruitio regis recessit.

Filius Comitis de Bucquoy declaratur gubernator Hannoniae quod officium post patrem ejus tenuerat. Princeps de Ligny, necdum semen habenas dictae provinciae tenuit sed alii procerum commendatae donec maturioris esset aetatis.

9 Februarii obiit Nobilis et Illustis Dominus Joannes Aymart consiliarius regis in parlamento. Aquensi magnus benefactor et promotor Cartusiae constituendae in praefata civitate Aquensi.

Excell<sup>mo</sup> Dominus Henricus Bergensis prout jussus fuerat ab ipso rege Hispaniarum et proceribus Bruxellensium et vicinis locis exercitum 18 millium hominum collegit, quibus copias cum undecim formenta aenea junxisset, magnam insuper vim curruum quibus scalas, varias machinas, lucernas pulverem proprium, panes atque alimoniam improviserat, ad ducto juxta Embricam eo exercitu simulavit se recta Frisiam petere. Sed celeriter converso itinere cum Bronckhorstiam arcem, quae Comitis Styrumbi erat obiter expugnasset et dispoliasset, claro meridie 16 mensis Februarii haud procul Soesburgo oppido Isalam omnem transiit. Hinc praecipue publice indictae ubique fuerunt pro

bono successu catholici exercitus; putabatur catholicos ad presen-  
 tiam tanti exercitus animos resumpturas, vel posse inter  
 factiones hereticorum ~~per~~ tumultum <sup>civium</sup> circi sed frustra.  
 Bergensis assumpta potissima exercitus parte et duobus tor-  
 mentis bellicis recta Arnhemium petiit, atque tormentis  
 displaxis cives salutavit, sed videns ob ingens frigus et alia  
 incommoda hic loci nihil effici posse, neque terrorem  
 quem colonis incusserat ad cives ac presidarios pervasisse  
 statuit omisso Arnhemio interiora regionis petere. Cum  
 autem tepidior aura dissolutionem glaciei minaretur acce-  
 dente novo nuntio Mauritium Nassovium cum Henrico  
 fratre omnes coegisse tam equitum quam pedum copias,  
 igitur transita celeriter Isala, quæ adhuc concreta glacie  
 vestigia humana ferebat se cum copiis recepit. Interea temporis  
 alius Hispanorum exercitus duce Consalvo Cordubensi ex  
 presidio Fisiæ proximis lectus tentavit an in Fisiam irrum-  
 pere posset et munimentum Portangense justa Gronin-  
 gam urbem sui juris facere. Et hi quidem Covardam  
 usque pervenerunt successis spoliatisque nonnullis pagis  
 nulla alia re satis digna effecta. Hæc igitur expeditio infe-  
 lix fuit nisi forte id videtur opere pretium quod Hispani  
 in Velania per septem dies hæserint, in quam regionem  
 totis 40 annis ne ingredi quidem potuerant.

Bruno Ruade ex solitudine religiosa Vallis Viridis (Nau-  
 ver) Cartusianorum Parisiis evocatus ad sollicitudinem pasto-  
 ralem instante rege Ludovico XIII et consentiente seu ma-  
 jus jubente Ordinis sui Generali consecratur episcopus Con-

seranensis 1624 dominica 10 Martii ab Octavio suo predecessore tunc Senonense archiepiscopo Parisiis.

13 Martii conflagravit palatium principis Auriaci hic Bruxelles in quo degelat Cardinalis de la Cuvera.

In Dominica Letare cantavit primitias suas S. Nicolaus Sierhout et paucis diebus ante transiit hac S. Petrus Alvarez professor pariter hujus domus qui Lovanio ad domum Capelle hospes mittebatur.

Die Calendas Maii inchoata est cella quae nunc notatur littera K ex pecuniis S. Brunonis Van Cudenbagen nobis per testamentum legatis. Novusque camentarius ad opus inchoandum vacatus scilicet Magister Henricus quod alter Magister Andreas propter senium inutilis factus esset.

Hem V. Prior curavit edificari sacellum in parvo ambitu ad meridionalem plagam contiguum sacello S. Amis, pro quo oportuit partem parvi ambitus bene depicti destruere.

Hem curavit reparari braccatorium et fornacem in medio fieri quae inseriret pro duobus cacabis.

Capitulum generale celebratum in Cartusia 6 Maii et seq. Obierunt 40 monachi, 23 Conversi, 9 Donati, 5 Moniales: 107 persone.

Priori domus Capelle non fit misericordia et S. Adrianus Buice ibidem Procurator vadat ad domum S. Iophie ibique exerceat idem officium procuratoris. Et Prior sibi provideat de alio Procuratore, fuit petitus.

Et S. Franciscus Boissart ibidem professor vadat ad domum Gandavi. [Priori domus Siestensis non fit misericordia

et D. Josephum professum domus S. Sophiae ibidem a P. Visitatore  
super annum in Vicarium constitutum confirmamus. Casa 475

In junio prodit tandem in lucem Vita et Martyrium  
D. Justi sive Judoci Goudani Cartusiae Delfhensis in Hol-  
landia professi et sacristae auctore S. Gerardo Eligii hujuspto-  
mus professo, qui tamen nomen suum in titulo libri voluit  
suppressum, pro quo positum cui justa persolvit Cartusia  
Brucellensis ita quidem quia praecipue expensis ipsius domus  
et auspiciis P. Prioris (cui liber dedicatus est) atque ad eo primus  
hic ex hac domo nova Latinus prodit: quod felix faustumque  
sit: multas autem versiones Flandricas edere pergit S. Joannes  
a Blitterwijck sacrista. At pro hoc Latino multas molestias  
et labores subiri, omnia documenta hinc inde et ex remotis  
locis conquisiri, approbationes impetrari, sumptus amicis feci,  
ut aliis januam aperirem et, animarem. Fuit etiam primus  
liber Latinus quem prelo dedit Typographus Godefridus Gova-  
rus civis Brucellensis, hinc pro corrigendo exemplari non mi-  
nime distractus fuit, et ad interiorum profectum meum  
parum conduxit nec in aliis expectatum fructum animad-  
verti; ideo qui non est multum idoneus a prelo absteineat.

In nativitate S. Joannis Baptiste cecinit primitias suas  
S. Joannes Pipenproy et parentes ejus dederunt calicem ar-  
gentum deauratum 22 unciarum et post paucos dies, ante-  
quam abteram Heissam in Conventu cantasset V. Prior dedu-  
xit eum Gornagum ut perfectius ibi linguam gallicam ad-  
disceret, quod majorem de se spem preberet, et ex ea domo  
reduxit nobis prium et humilem religiosum S. Franciscum  
Leu Pipper natione Insulensem, qui quiete hic et pacifice

conversatus est.

Mense Augusto quatuor e conventu nostro febribus decubuerunt, ex quibus ego unus eram, et 20 ejusdem, erigitur ex hac vita satis subito D. Nicolaus Sminian triginta circiter annorum, postquam 12 annos laudabiliter exegisset in Ordine de quo in superiori volumine aliqua scripsi. Fuit juvenis ingenio acri et judicio maturo praeditus, mediocrem habuit doctrinam et facundiam (qui tamen ultra studia humaniora non erat progressus) propterea a P. Priore jussus fuerat laicis praedicandi munus retinere: qui etiam aliquot conciones flandricas scriptas reliquit; insuper aliqua officia P. Br. nitatis et Transfigurationis nec non supplementum aliorum officiorum facta et antiqua littera, quam noverat scripsit; hortum a principio diligenter et optime prout a parente suo edoctus erat coluit, cellam quoque mundicimam habuit, quam assidue incoluit, et bene se in ea exercuit in praedictis exercitiis et studio. Et si quis ex magnatibus venisset ad hanc domum visitandam semper fere ad ipsius cellam deducebatur. Mores habuit nonnihil asperiores quod natura vehementior esset sicut ejus fratres et sorores ut retulit ipse medicus; et oculatior in notandis aliorum defectibus quamvis visu corporali non satis perspicaci esset sed hunc morum si quis fuit, majori caritate cooperuit, dum in agone petiit a P. Priore sibi ignosci si quem fratrum offendisset, et haec suprema fuerunt ejus verba: Si P. Priorem bene intellexi; novem circiter diebus aegrotavit ita tamen ut surgeret et ambularet, et prout vivebat ad portam ut loqueretur sorori suae. Venit aliquoties ad templum Missam audire ibique vidi eum Patri seniori confitentem Domino scilicet Praeyero, cui soli confitebatur.

Cum febribus, habebat etiam fluxum ventris, et saepius dixit se seivo egrotare imo mori, mirabatur medicum frequentius non venire, qui multum tunc occupabatur. Postremo die petiit lectum ex plumis, et discordantes fratres pro suo ministerio compressit, iuravitque sibi de futura gloria aliqua prelegi, mutavitque sua interiora igni assidens. Tempore vesperarum dum religiosi eunt ad templum, fratres ad sua ministeria, remansit penes eum tantum unus juvenis secularis Joannes Ithobant, qui nunc est domus hujus professor, dum egrotus videret, certis signis mortem appropinquare dixit illi ut vocaret Patrem seniore, et explicatius antiquum, inquit, Vicarium et cum moras necteret, ipsemet, volebat ire; post. vesperas igitur dum alii essent, in refectorio, venit Pater senior ad eum, qui stabat ad oratorium suum, et dedit illi examen aliquod conscientiae ut ex eo peccato legendo diceret quenam perpetrasset, (volebat enim confiteri generaliter) praebuit, ni fallor, et brevium, et locum ubi generalis absolutio continebatur; sed cum Pater senior turbaretur et excusaret se non habere perspicillia, opportune advenit P. Procurator, cui dixit Pater senior ut cito advocaret P. Priorem; dixeruntque egrotus astantes ut sederet in sede, sed multo melius in lecto collocassent et tenebat eum praedictus juvenis usque ad finem. Ubi advenit P. Prior apprehendit ejus manum, qui petiit se quisquam adesset, nam ei visus defecerat, et dixit novissima verba quae supra retuli, prout (si bene recorder et intellexi) ex ore P. Prioris audivi. Igitur P. Prior

Potest confessarius absolvere infirmum, quem credit statim moriturum audito uno tantum peccato. Idem dicendum cum infirmus nimis fatigatur in explicandis suis peccatis. Bonacina, C. 1, fol. 212, n. 18 et 19.

Horibundus si confitendi desiderium sine per se sine per alios ostenderit absolvens est. Rituale Romanum editum jussu Pauli V. anno 1615.

certior factus eum optasse et petiisse abolitionem generalem cum indulgentiis, ei debite impertit curamque evocari conventuales, qui ex refectorio de repente accurrerunt; sed dum in adferendo sacro oleo tardius proceditur, psalmi consueti recitantur, inter inungendum expiravit; brevem sed fortem habuit agnem, satis alte respirabat ac si fuisset in plenis sensibus, et dum infirmarius crepidas illi ex pedibus extraxit, aliquem edidit ejulatum, et sic fere Creatori suo spiritum reddidit, quod vivens admiratur legere de altero, sed Christus alium edidit longe majorem in cruce clamorem et cum voce articulata: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Talem fidelium suo tempore futuram commemorationem his suae oblationis primitiis Deo Patri dedicans et magis acceptabilem fovens. Qui insuper ipsum mortis iter communit, ne in eo ulterius grassetur leo aut draco, nec mala bestia per illud ascendat, hominumque animas in ipso mortis itinere per fraudem aut vim praedetur ac rapiat, ut non sit qui eripiat. Nunc ubi Christus suum spiritum Patri commendavit, inquit Cyrillus, nobis obvenciat, ut non ingrediamur in infernum, sequamur autem potius hoc ipsum, fideli conditori nostras commendantes animas in bona spe.

Eodem vesperi corpus in ecclesiam delatum est, et sequenti die post consuetas exequias (quibus interfuerunt duo ejus fratres et sororius) tellari (communi omnium matri) mandatus est, et notandum quod sicut ex vulva matris septimus filius egressus est; ita septimus in cimiterium nostrum sepeliendus illatus est. Deflevit ejus mortem P. Gerardus ejus confessorus hoc carmine:

## Ode

In obitum V. P. fratris Nicolai Smisman  
 Live

In obitum mortis olim mortuæ  
 Postquam lacertis fregit incermibus  
 Samson Leonis ora viriliter

In ore mortui Leonis

Mortua mors juvenescere causa est  
 Examen ingens cepit apum horido  
 In alveari gutturis illius

Cellas et ostia et penates

Nectario fabricare succo.

Atqui illa prima mors fuit, et fuit  
 Cantum in figura mortua, sed crucis

In axe mortua est. Secunda

Mors penitus, moriente Christo  
 In ore Christi mellea mortui

Mors esse cepit, ille ubi spiritu

In se irruente clausa, mortis

Impavidus laceravit ora

Cellas et ora et ostia, et omnia

Manu revulsit; ille potentior

Armatus atriensis ille

Qui propria abstulit arma morti.

Hamum sibi mors devoret, et suo

Retorta tergo brachia levito

Ligatque, Gordioque nodo

Vincta fremat simul et residat.

Nam cum per omnes mors vaga transeat.

Omnes resurgant, mortui et inferi:

Consumpta mors ictu perire

Se proprio gemat et facessat.

Suspensa mors est in cruce aenea.

In illa eremo quondam habitabili

In qua fuit serpens adurens

Nulle voluminibus recurvus

Hanc quisquis ictus vidit aeneam

Mortem, revixit, mors nihil obfuit

Nec morsus illi, nec chelydrus

Nec sumido basiliscus ore.

O mansueta mors! quis adhuc dicem

Eam mansuete mortis abhorreat?

Jam mansuescere illa cepit.

Dux nec obire at obire cogit

Fixa et refixa est in cruce, triplici.

Clavo Arabali, postea quam Deus

Hanc detriumphavit duello

Victus et ictus, et illa victa est.

Nihil relictum est juris ei, nihil

In immerentem roboris amplius

Nec in coherentem fidelem

Nil habet hic quod agat, facessat.

To triumphe vicimus! io! io!

Postquam cruentis cornibus improba

Agno coniscavit reincta et

Prensa jugoque subacta mors est.

Hinc tu propinqua morte serenior  
 Unimane frater lectus abis obis  
 Nobisque cantas hoc celeuma  
 Presubigens domitum timorem.

Valete terræ, tuque vale domus.

Valete curæ, nosque domesticæ

Valete rugæ, nam mea et me

In mare mors rapit æstuosum.

Et me resorbet in mare mortuum

Ut me quieti reddat amabili

Post. transfretata post. relicta

Col. brevia et vada cæca mundi.

Transivimus per nubem et aquam horridam  
 Jordanis innum vidimus alveum

(Baptismatis sub unda) et unda

Fluminis in mare defluente

(Namque hæc suapte pondere labitur.)

Cum defluente nos quoque labimur

Omnes enim nos unda, et umbra et

Bulla sumus, vel adhuc minoris

Omnes morimur, et quasi aque dilabimur in terras, quæ non  
 revertuntur.

Νικολαος victor populi cognomine dictus

Nunc victor mortis mortuus ille suæ est.

Fuerat 4 hujus mensis receptus ad oculum nobilis juvenis  
 Ultrajectinus Dominus Carolus de Gail, sed cum a matre vidua  
 recepisset ducentos et amplius florenos pro restitutione sua, invento  
 socio profectus est in exteras regiones. Parisiis scripsit P. Vicario

directori suo se fore memorem suarum admonitionum, acciperemus autem ex pecunia Bruxellis relicta pro expensis in domo nostra factis. Qui ulterius Romam profectus, cum fimbriis aureis splenderet a Belgicis adolescentibus invitatus ut pro bono suo adventu propinaret illis vinum, ex qua hilaritate in ardentem et lethalem febrem incidit, cui pariter semper fuit conterraneus ipsius S. Pheusse qui in domo hac eum reliquerat atque consuluit ut matrem heredem suorum bonorum conscriberet, nam unicus filius erat et omnibus sacramentis munitus ibidem obiit 16 Novembris. Supremus illius dolor se non remansisse in hac domo. Inconstantes suo exemplo doceat. Quando illum primum vidi in ecclesia flectentem nescio quis genius mihi persuasit illum nunquam futurum Cartusianum: et V. Prior eum etiam tentaverat mittens ad exercitia apud Patres qui eum libenter habuissent, et missis litteris dehortabant ut relicto nostro Ordine potius societati eorum addiceret: videtur aliquantum offensus quod urgetur ad partes neutrales se conferre pro condendo testamento antequam vestiretur, nec consultum satis fuit demittere eum ad tabernam semprose Armini cum non haberet hic parentes.

27 Augusti habuimus Visitationem per Patres Commissarios deputatos per Capitulum generale ad visitandas domos Visitatorum provinciarum Picardie et Leuthonie, quid singulare egerint per sequentes ordinationes imotescet.

1. Ad priores Missas Pasche, Pentecostes et ad secundam Missam in Nativitate Domini celebrans induat sacras vestes etiam casulam in vestuario iuxta statutum.
2. Reddantur singulis hebdomadibus duo breves tam in Agendis quam in Missa etiam intra octavas Pasche, Pente-

costes, et Natalis Domini prout Statuta volunt (nam nisi Missas precum expresse excipiunt reddendas sequenti hebdomada).

3. Finito pro quacumque hora in choro cantanda campanæ pulsu non precipitanter flata presidente signum pro officio hunc inchoando sed majoris gravitatis gratia moretur per spatium unius saltem Ave Maria.

4. Singulis diebus quibus a lacticiis abstinetur ministratur religiosis de primaria cervisia sicut fieri solet tempore quadragesimæ excepta die abstinence.

In spatamentis dum itur ad sacellum B. Virginis Lachen- sis non plures sed unus tantum celebrare Missam poterit. Ceteri interdum reverenter se habeant, ut bonum præbeant ex- emplum iis qui devotionis ergo illic adventant.

Nullus pro die anniversario suæ natiuitatis seu profesio- nis quid requirat amplius a parentibus pro pitantia aut alia simili recreatione religiosorum cum illud Cartusianæ honestati repugnare videntur. (Pitantias dare aut legare non repugnat Statutis aut consuetudini domus et Provinciae).

Festivis diebus durante Missa conventuali non celebretur deinceps Missa ab ullo monachorum vel etiam officialium in anteriori sacello domus ut <sup>omnes</sup> eidem Missæ conventuali in- ter sint. Hæc Missa, ut putavi, sumpsit exordium a V. P. S. Petro de Leon predicti sacelli instauratore, qui tardius celebrabat pro amicis suis Hispanis cum licentia P. P. S. Mi- chaelis: et postea a successoribus continuata, vocabaturque Missa horæ nonne a secularibus, quibus et commoda erat; sed ut nobis, ut verum fatear incommoda, cum essemus pauci numero et ad chorum rix sufficeremus. Neque decorum erat in

solemnitatis P. Priorem choro abesse; sed si numerus noster augetur, optandum ut pro secularibus vicinis, qui longe abunt ab ecclesiis et quibus omnem caritatem et servitium negare non debemus aliquis religiosorum circa Evangelii lectionem in conventuali Missa illuc destinaretur, interea Deus hominibus bonæ voluntatis providit ut infra dicemus. Dicebat P. Prior S. Eutelai nos non habere obligationem ex aliqua fundatione. Erat alterius domus profertur qui nesciebat onera fundationum.

Nullus Conversorum et Donatorum cum dispensatore et coquina-rio manducare presumat, nec cum adventantibus sub pena comedendi ad Ferram nec etiam cum parentibus in cubiculis hospitem: bona ordinatio si bene servaretur. Nunc sub S. Archangelo Donati simul omnes comedunt in vicino cubiculo.

Sum Conversi et Donati a V. P. Priore aut Procuratore ad civitatem ducentur se servos et non socios agnoscentes omnimodam eis deferant reverentiam, nec ad latas eorum sed paulo retrorsum incedant eosque prope sequantur, etc. Hæc sunt præcipuæ ordinationes.

Confessiones audiunt S. Joannes Richardus Vicarius, S. Joannes Proeyerius senior, S. Joannes S'Anthine, S. Joannes Plet-Herswyck sacrista, S. Christophorus Focant, S. Arnoldus de Hegel Procurator.

Hæc fuit prima denuntiatio confessariorum per charitam Visitationis. Et puto eam esse causam, quia ordinatum fuerat ut Visitatores confessarios examinarent, utrum essent idonei nec ne: et hanc esse consuetudinem in provinciis

De abrogata hac Missa non desunt adhuc quædam secularium, quibus hæc honestissimis cum primis opportuna erat. Et præcedentes Priores eandem ipsimet celebrabant. Taceo S. Leonem, Arnold. Harensum. Vidi G. Raubhusium, S. Emmechoven, imo S. Herculem. — Et ut hoc addam, scio ex relatione et privilegio dato officiales in Schuel celebrasse ordinariæ in sacello.

Francie responderunt Patres confessorii. Pater autem Vicarius se ex  
Statutis habere licentiam audiendi confessiones replicabat. Actum  
in Visitacione nostra die 4 Septembris anno 1624.

fr. Augustinus Joyeuse hamites Prior Cartusie Parisiensis.

fr. Joannes Lapper Prior Cartusie Divionensis.

Presentibus predictis Patribus Commissariis 30 Augusti Excell<sup>l</sup>  
Sua de Croÿ caput finantiarum primarium lapidem posuit  
pro cella notata nunc littera F que est prima ambitus versus  
occidentem, et constructa nomine regis Hispaniarum Phi-  
lippi IV, amiente Ser<sup>ma</sup> infante Isabella, quamvis obstando  
Comes Tarfuse et diceret Cartusianos satis divites esse ut  
ex suis facultatibus construerent cellam, regem suis jam num-  
mis indigere rescripsit heroina his non obstantibus se velle ut  
predicta cella construeretur nomine regis nepotis sui, et in-  
signia apponerentur.

Hac estate mense julio Henricus Bergensis Comes exerci-  
tum suum castris educit et aliquot repente occupavit oppida,  
Elevense, Calcarense, Grabledonquium, Griedam et Non-  
derbergam, ubi quidem nemo se ei opposuit: ab his obsidione  
cincit Gemopam et Ravensteinium, quod utrumque  
deditionem fecit, recipientibus se in arcem presidians.  
His perfectis Joannes Passovius transiit Mosam amnem, et  
non longe a munitissimo oppido Grano posuit castra, ut  
eum obsessurus videretur.

Hunc secutus Spinola Marchio et ipse suas copias ad  
diem 16 julii mensis in apertum campum produxit, diceba-  
tur autem sub signis habere peditum quidem millia tri-

giota, equitum vero quatuor cum quinquaginta formentis aeneis. Apparuit in Bredam Brabantiae oppidum iam eam omnem belliam converurum iri, nam castra metatus est apud Eunnhoutum secta a Breda milliari.

Mauritius igitur Auriacus consilio Spinolae animadverso et ipsam Bredam et vicina oppida submissis praesidiis et importata alimonia firmavit. Erant eo tempore in oppido pedites sexies mille quingenti et nonaginta equitum vero signa quinque quibus nihil ad perfectam obsequium deerat. Tempus trahebatur in consultatione nuntios ultra citraque mittendo ad Henricum Bergium ad Ser<sup>man</sup> infantem et ad alios, quia omnes praefecti militum dissuadebant Spinolae obsequium Bredanum uno excepto: ita ut populus secreti ignarus a murmuratione vix cohiberetur, et inimici a subornatione depingentes Spinolam cum lucerna in manu quarentem Bredam meridiana luce, etc. jam miles in castris destituebatur aqua potabili, unde passim et homines et jumenta emovebantur, et multi defectis castris fugiebant.

26 Augusti Spinola Eandem Spinola sub finem Augusti castra movit et Bredam obsequium Bredanum urbem penitus obsequium cinxit. Hac via necinait cum cessitate Mauritius tentavit an 14 navibus comeatum in urbem bono omine. importare posset, sed bono omine perforatis demersisque quibusdam navibus cetera captae fuerunt, militis partim caesis captisque partim profligatis. Baglionus autem naves illas ad sternendum pontem, quo utramque <sup>ripam</sup> conjungeret adhibuit.

6 Septembris diu expectatus Bruxellam advenit princeps Polonix, et augustiori pompa exceptus quam meis verbis exprimere possim, quare docti Fred. de Marselaer verba mutare licet, qui sic habet in Legato suo lib. 2, disert. 11.

Bruxellam nuper princeps Polonix Vladislaus petebat, qui ut modicum comitatum suum excusaret, premissis quodam e suis Per<sup>man</sup> Infantem rogavit, dignaretur credere, se non ut filium regis, aut regno destinatum sed legatum advenire; ideoque non alio jam loco censendam esse. Atamen optima prudentissimamque heroina, quasi ipsa excusatione generosior pulcherime testata est magnitudinem animi sic ne modestia quidem posse vinci: non modo ostendit honoris obsequia, sed effudit. Diceres (et durabit rei memoria) non regis modo filium, regem ipsum in urbem et aulam exceptum. Primum variis vicibus aulicorum ordines optato adventui felicia omnia peregre procul apprecabantur. Exceptioni autem conspiciens constitutus erat Octavius Visconti Comes de Gamalerio, vetusta regum Longobardorum ducumque Mediolanensium prosapia oriundus, qui reliquos omnes deduceret, omniumque velut ore obsequium deferret. Submissa sunt et rheda, et ephippiarii equi, quos conscenderet advena, et non jam alienos sed suos haberet. Nobilissimum donum; et cuius quo frequentior

Qui cives omnes accipienti usus, crebrior quoque honor donanti, festatioque civitas in pileis Civium binc velut legiones seu turmae scloporum repetitis exprogestabant, et sionibus, congratulationem quoque suam testabantur: formenta triumphi no- cenea tonitru et fulmen imitata Olympi, suspensa turribilissima pars fuere.

bus lucerne strueteque passim et exposite plateis in omnibus lœtitiæ  
flammæ; campanæ triumphales, tubarum, tympanorum, tubarum  
clangor, ne noctem quidem agnoscere aut subsequi patiebantur. Obtulit  
tum plus semel Ser<sup>ma</sup> Infans, ut qui presenti relictæ majestati  
gratiosus advenerat, officia et munia his in ditibus vacantia con-  
ferre vellet, tum carceres aperire, captivas manumittere. Sobue  
oblata auctoritate utebatur ille, et fere non nisi prævio consi-  
lio ac prope jussu sui benigne hortantis. Symbolum tamen  
militiæ excubisque præfigere non recusavit, quamdiu utpote  
gratus hospes et strenuus miles aderat.

Idem Princeps 26 Septembris Antuerpia cum omni equitatu  
profectus ad castra Bedana magnifice ignibus artificiosis,  
sclopetorum dislosionibus et audis tympanorum pulsu  
exceptus, et sub vesperam in ipsius honorem tormenta contra  
urbem displora fuerunt emissis 84 pilis quarum leviores 12,  
graviores 19 librarum erant. Postero die sub decimam matuti-  
nam Spinola ser sclopeto contra urbem displodi cum  
84 tormentorum ictibus sicut priore die jussit. Eo die prin-  
ceps castra magna pompa circuit, in omnibus stationibus  
milites in aciem dispositos inveniens, qui ipsum præ-  
tereuntem ser repetita sclopetorum displora salutaverunt.  
Ex urbe 60 tormentorum ictus adversus comitatum ipsius  
displora fuerunt.

In Cartusia Sylva S. Martini sacellum ad portam in-  
stauratum fuit hoc anno diligentia V. P. Lerini Jaeghere tunc  
temporis ibidem Prioris, illoque instante 19 Septembris per  
Ill<sup>l</sup> D. Archiepiscopum Mechliniensem sub invocatione  
S. Hugonis episcopi Lincolnensis consecratum, quem speciali

devotione colit predictus P. Levinus quod proter illius apoplexia laborans et elinguis manens S. Hugoni per Missæ sacrificium commendatus postea parum ante mortem et integros sensus et linguam habuerit ut, confiteri et natico muniri potuerit.

Postea audiri quemdam ex vicino pago Hemelweerdghen nomine N. Doerbeke apoplexia percussum in dextero latere ad sacellum S. Hugonis prima vice caruca advectum, secunda vice qua venit melius habuisse, tertia integre sanitati restitutum propriis pedibus advenisse et aliquo tempore supervivisse. Habemus et quodam Victore etiam laborante eodem morbo, post sacrum in honorem Sancti celebratum melius habuisse.

Hæc cum exhibuissemus mercatori Bruacellensi Meterman qui item apoplexia tactus erat filium eo allegavit, et, nonabiliter melius habere cepit ut, surgeret, ex lecto atque sederet paucis post diebus ad portam domus suæ.

20 Septembris Per<sup>ma</sup> Infans petiit a nobis persolvi tria novennaria Missarum in honorem S. Michaelis, Andreae et Jacobi pro bono successu belli et obidionis Predanæ: pro quibus pecunias misit, non obstante quod edificat<sup>re</sup>ur hæc cella sumptibus regis.

Pontifex autem celestes thesauros etiam nobis communicare dignatus est hoc Breve.

Urbanus Papa VIII.

Dilectis monachis et Monialibus Ordinis Cartusianorum ubicumque existentibus salutem et apostolicam benedictionem. Ad augendam vestram devotionem et animarum salutem celestibus Ecclesie thesauris pia caritate intentis nobis omnibus

et singulis vere poenitentibus et confessis ac sacra communione repletis, qui semel in hebdomada decies orationem Dominicam et toties Salutationem angelicam in oratorio domicilii vestri devote recitaveritis, et illi pro christianorum principum concordia, haereticorum extirpatione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione piis ad Deum preces effuderitis, ut eas omnes et singulas Indulgentias et peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini in septem alme urbis nostrae intra et extra illius muros ecclesias personaliter visitaveritis misericorditer in Domino concedimus, non obstantibus Regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar ceterisque contrariis quibuscumque, praesentibus ad decennium tantum validuris. Datum Romae apud S. Mariam Majoram sub annulo Piscatoris die secunda Octobris 1624 Pontificatus nostri anno secundo. Signat. V. G. Heatus.

Hoc anno Coloniae promulgata est Bulla pontificia de indictione festi S. Brunonis sub officio semiduplici ab ecclesiasticis celebrandi; pro cuius initio Patres Cartusiani festum egerunt, solemne et triumphale quasi in die canonizationis, et Leodienses quidem praesierunt, exemplo sed commode Coloniensibus contigit hoc anno festum incidere in Dominicam, quo magis vacaret omnibus solemnitati interesse; sic autem promulgata est, cum indulgentiis.

Ferdinandus Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae electus et confirmatus archiepiscopus, S. Rom. Imp. per Italiam Archicancellarius et Princeps elector, episcopus Paderbonensis Leodiensis et Monasteriensis, administrator Hildesheimensis, Coelcensis et Berchtesgadensis, princeps Habulensis, Comes Palatinus Bohemae, utriusque Bavariae, Westphaliae, Angariae,

Bullionis Sue, Marchio Francimontensis, Comes Lorrensis,  
 Longiensi, Hornensis, S. Sedis Apostolicæ legatus natus, etc.,  
 Venerabili clero et universis ac singulis christi fidelibus civitatis  
 et archidiocesis nostræ Coloniensis salutem in Domino sem-  
 piternam.

Cum Deus Opt. Max. Pater ille misericordiarum pro-  
 paterna sua providentiæ et infinitæ erga nos caritatis suos  
 quibusque locis et temporibus Sanctos varie disperditur, ut  
 nobis in caliginoso isto mundo inter sol. dogmatum ac  
 morum errores facem præferant, ac in viam salutis æter-  
 næ quasi manducant: tum vero jugiter hanc nostram  
 Coloniensem ecclesiam oculis sue benignissimæ misericordiæ  
 respexit, et ceteris orbis Ferrarum regionibus ac provinciis  
 eminentiorem reddidit, dum clementissime voluit, et con-  
 cessit ut plurimorum maximorumque sanctorum parens,  
 alitrix, domicilium et custos esset: quorum nimirum me-

<sup>a</sup> In Missali Co. ritus et suffragiis Postquam fidem suscepit, recidiva non  
 Coloniensi de P. fuit, sed in fide stabilis. Estque et audit: Romana Ecclē  
 tronis. sia fidelis filia, aliæque quæ inde velut e perenni om-

<sup>b</sup> In sigilla civit. nium bonorum fonte scaturiunt, et derivantur consequitur.  
 tis Coloniensis. inter quas sane velut stella matutina refulget, S. Bruno

<sup>c</sup> Eccles. 50. magnum Ecclesie Dei decus et ornamentum, civis Coloniensis,  
 Colonie nobili Hartenfaust familia natus et educatus;  
 anno partæ salutis post millesimum centesimum primo mor-  
 tuus; post millesimum quingentesimum decimo quarto  
 a Leone X inter Sanctos relatus; celeberrimi iuxta et san-

<sup>d</sup> Provis de s. Altissimi Ordinis Cartusianis (cujus laus est in Ecclesia) funda-  
 gnis Ecclesie lib. 22, cap. 2, n. 35.

Sor et Patriarcha.

Porro nobis nuper exhibita et intimata fuerunt litterae sanctissimi Domini nostri Gregorii felicitis recordationis Papae XV super celebratione festi abbe memorati S. Brunonis huiusmodi sub tenore, prout in superiori anno descripsi. Subdit vero:

Nos itaque sum pro ea obedientia, quam debemus S. Sedi apostolicae sum pro religioso nostro affectu, et veneratione erga Sanctos Dei, eos praesertim, qui nos et Ecclesiam nostram proprius contingunt, tenore praesentium auctoritate apostolica nobis commissa, nec non de consilio et consensu venerabilis nostri Capituli vobis supradictis litteras apostolicas notificamus, et pro illarum executione clericos tam seculares quam regulares enice in Domino requirimus et monemus, ut diem istum solemniter debita et exemplari cum devotione iuxta tenorem supra positi Brevis apostolici celebrent, aliisque Christi fidelibus suo exemplo proeant, ecclesiarum vero rectoribus pastoribus et divini verbi concionatoribus districte serioque praecipimus et mandamus ut in festo S. Michaelis quod incidit in Dominicam XVII post Trinitatem 29 Septembris Christi fideli populo alta et intelligibili voce publicent, et eundem exposita Sancti vita diligentem adhortentur, quatenus festum opus pie ac religiose obeant, haud dubia spe, quod Sanctus iste origine et educatione Noster pro in patriam affectu nos gregemque Nobis commissum suis apud divinam majestatem precibus et suffragiis hinc periculosissimis exulceratissimisque locis ac temporibus fueri porro et conservare perget; id quod sane eo magis nobis necessarium quo graviora ab heresi et

a bello circumstant pericula.

Quo vero Christi fideles ad debitam venerationem ac devotionem promptius obsequendam magis excitentur, significamus praeterea, et attestamur supra memoratum P. D. N. Gregorium Papam XV alius specialibus litteris (perpetuis futuris temporibus valituris) omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere praesentibus et confessis ac sacra communione refectis, qui ecclesiam Cartusianorum die festo S. Brunonis 6 mensis Octobris celebrari solito a primis Vesperis usque ad occatum solis festi huiusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi christianorum principum concordia, haereticorum extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione piis ad Deum precibus effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concessisse. Quod quidem Nos ita declaramus ut fideles feminae sexus (quibus aditus intra septa monasterii et limina ecclesiae praecclusus est) ante ipsum monasterium sive ecclesiam foris orando easdem Indulgentias lucrari possent, et valeant.

Quomodo haec executioni mandata fuerint, D. Georgius Garnefeldt epistola ad me data sic declarat:

Venerabilis in Christo et amantissime Pater, hucusque occasionem expectandi mittendi ad vos unum fasciculum cum imaginibus S. Brunonis P. N. cuius festum nuper tota civitas Coloniensis solemniter, devote ac jucunde celebravit. Ego pro mea parte procuravi imagines quasdam et publicas affixiones, quantum pro temporis angustia fieri potuit. Totus senatus festum diem nondiscum egit, tam in

ecclesia quam in refectorio; universus clerus et omnes omnino religioni suam in Cartusia habuerunt devotionem. Ante portam locus electus fuit et altare erectum, in quo mulieres Missam et concionem audierunt et communicarunt. V. P. Prior et Procuratores nostri nullis sumptibus pepercerunt, ita ut solemnitas hæc nobis constiterit aliquot centenis daleris, quod libenter fecimus uti filii devoti pro honore tanti Patris nostri, qui apud Deum obtinere poterit largam uberemque benedictionem in temporalis ac spirituali profectu. Musica in utrisque Vesperis et in Missa summa fuit admodum insignis, processio celebris, cum senata, clero P. D. Coloniensi. Per octavas summa populorum devotio, et communicantium magna multitudo. In ipso festo Missam cantavit Baro et canonicus Ecclesie metropolitanae, diaconum egit Comes et canonicus, subdiaconum canonicus presbyter. In octavis Vicarius Ser<sup>mi</sup> Principis Missam cecinit, cui canonici duo inservierunt et musici. Tam in Missis quam in utrisque Vesperis suum officium egregie preestiterunt. Verbo dicam. Quamdiu stetit hæc Cartusia, nunquam in ea talis solemnitas fuit. Totius tandem actionis coronidem fecit Ser<sup>mus</sup> Princeps noster, qui post octavas proxima Dominica Cartusiam visitavit. S. Eucharistiam percepit, et sic gaudens lætusque rediit ad suam arcem cum unica nocte apud nos permansisset. Benedictus Deus in omnibus, Amen.

Reverendi Patres Societatis Jesu erexerunt S. Patriarchæ nostro sex arcus triumphales variis emblematis carminibusque exornatos, quorum isti sunt tituli:

1. S. P. Brunoni nascenti felicitatem sodales angelici cordi.

- bus gratis Aemii Minerva gratantur.
2. S. P. Brunoni discenti progressum supremi grammatici montibus piis devoti favent et precantur.
  3. S. P. Brunoni docenti sapientiam humanitatis alumni devotis pronisque montibus libentes, volentes offerunt.
  4. S. P. Brunoni contemplanti eloquentiae studiosi Lucom desuper acceptam favent et gratulantur.
  5. S. P. Brunoni morienti securitatem logicae auditores laetis gaudiis Aemii Minerva gratulantur.
  6. S. P. Brunoni triumphanti gloriam L.L. A.A. ac philosophiae baccalaurei laeto animo debiti honoris ergo favent atque gratulantur.

Hosce sex titulos maximis aureisque litteris depingi curavi per quemdam fratrem laicum pictorem nostrum. Cui videretis pulcherrimum hunc ornatum ipsaque carmina et speciosissima emblemata, quae in ipsis arcibus miro modo refulcebant et rutilabant.

Quae nunc spirant: civit. pia pompa papipro  
Maximus hic nuper credo triumphus erat.

Cum tota propriis excita sedibus urbe

Venantes ferret patria turba preces

Initio Octobris Ter<sup>ma</sup> Infans petit rursus tria novemaria Missarum in honorem S. Hieronymi, Francisci et Antonii de Padua, cui V. P. Pior indicavit concessas Indulgentias visitantibus nostras ecclesias et sacella in festo S. Brunonis, sed excusavit se ob angustias sacelli (non ausa praesumens ut. apparet, ingredi monasterium) petit nihilominus novem missas celebrari in honorem S. Brunonis: de pietate huius heroinae sic scribit

St. Augustinus Wichmans in apotheca sua: Testis mihi, et in aeternum  
 toti orbi, qui pro eo commensus fuit, una Breda erit quam ut ob-  
 senam liberarent rebelles tui, caelum terramque quin et ipsum  
 Acheronta flectere, dum superos nequeunt moverunt. Animo tu  
 semper agra in hoc necessitatis vere magnae articulo ac sollicitu-  
 dine semper suspensa de catholici regis exercitu, deque unius urbis  
 salute fuisti, utque divisam cum ducibus tuis militiam haberes  
 dum illi ferro urbem cingunt, tu precibus non unum sed mul-  
 tiplicem Holofernem velut altera Judith subegisti: nam ante-  
 quam ad praemium sanctae pietatis narrandum veniamus non  
 omittendum puto in festo S. Michaelis primo contra consuetu-  
 dinem V. Sacramentum delatum fuisse in supplicatione, cui et  
 Ser<sup>ma</sup> Infans invitata interfuit:

Nos etiam in festo S. Dunonis praeter morem cum eadem  
 S. Theophoria supplicationem habuimus, cui intererant, multi  
 seculares cum aedibus, et cum instrumentis musicalibus (nam  
 symphoniam et musicam immixtam cum nostro cantu  
 habuimus etiam in Nissa) aderam insuper aliqui ex fami-  
 lia principis Poloniae. Noster hospes S. Franciscus Le Pippe  
 nihil solemnius viderat in Ordine.

Religiosus incorri- *Exstat decretum S. Congregationis Cardinalium de man-*  
 gibilis expelli po- *dato speciali S. S. N. Urbani VIII die 21 Septembris anno 1584*  
 dest addita con- *ut quis incorrigibilis ad effectum expulsionis et ejectionis cen-*  
 ditione ab Ur- *scatur.*

anno VIII.

Dum Hispani Bredam obsidebant Hollandi, ut dictum est,  
 arcem Antuerpianam interciperere conati sunt. Et quoniam ad  
 hoc consilium exequendum magna cura, et omnis fere ar-  
 chitectorum industria adhibita fuit, ut postea apparuit rem

fusius suscepi narrandam, ut Deo majores gratiarum actiones red-  
 dantur et sanctis ejus. Igitur 12 Octobris Poykovius gubernator  
 Bergensis ad Gomam cum quatuor equitum turmis et quatuor  
 peditum millibus egressus, quorum tertia pars sclopetata cum  
 ferreis rotis et ignitabulis habebat, egressus est, secum ducens  
 30 currus ratibus et pontibus junceis onustos cum multis  
 scalis, quæ extendi et contrahi poterant: nec non aliis in-  
 strumentis et machinis pyrobolaribus miro artificio fa-  
 brefactis. Ille autem circuitu facto per pagum puttam, et  
 fanum Jobi Goarini copias suas ducit, adeo ut coloni regios  
 eue putarent, qui lora et ex castris ante Predam venirent.  
 Quo minor autem suspicio moveretur præfecti omnes rubras  
 fascias gerebant et curibus tegmina cum crucibus Burgun-  
 dicis imposita erant. Atque ita summo silentio, obscuro  
 celo, circa tertiam horam post mediam noctem pone  
 castellum ad portam, quæ a subsidio nomen habet, vene-  
 runt, ubi pontes, trabes, scalas et alia instrumenta ex curibus  
 deprompserunt, moxque duos pontes per aquam trajecerunt,  
 usque ad frontem pensilem, qui castello proximus erat:  
 eosque duobus ferreis longuissimis firmarunt. Quamvis autem  
 res non tantum plena difficultatis, sed plane impossibilis  
 videretur: tamen ordinum milites ulterius progressi pon-  
 tibus et scalis ad alterum pontem castelli qui sursum  
 elevatus erat, pervenire conati sunt, ut eum machinis  
 pyrobolaribus dirjicerent, et aditum sibi in castellum  
 patefacere exculitor supra portam aliquandiu hostem  
 propter venti vehementioris flatum et tenebras noctis non  
 animadvertit: tandem tamen strepitu audito, quis adesset

inclamavit et sclopeto disploso classicum cecinit. Presidarii excitati statim correptis armis accurrerunt, et sclopetis hostes ita infestarunt ut retrocedere cogentur, relicta a tergo sui apparatus et instrumentorum bellicorum parte nempe quatuor pontibus supra fossam stratis, quorum duo conjuncti et ejus latitudinis erant, ut seni milites juxta se mutuo incedere possent. quatuor validis vectibus firmati et junctis ac crassiori lino pice illito contexti. Ad unum quemque angulum manubrium erat, ita ut quatuor milites pontem facile gestare possent. Alios praeterea pontes, et quatuor scallas quarum singulae 27 pedes longae erant cum tribus ferreis ligamentis quibus contrahi et extendi poterant, aliaque artificiosa instrumenta varias lateras, igniaria et similia a tergo reliquerunt.

Hanc hora sexta praefectus castelli portam exteriorem, quae subitium appellatur, aperuit, et 30 milites emisit, qui hostem explorarent, sed ille jam pedum viam invenerat: pro gratularum actione, quod hostium conatus exitum caruisset. Antuerpiani epinicion cecinerunt et majorem campanam pulsarunt.

Ab aliquot annis fama celebris de sanctimonia matris Annæ a S. Bartholomæo Carmelitanae discalceatae in oppido Antuerpiensi crebrescere capit, et si adscribi civitatis et arcis praecipue liberatio ab imminentissimo hoc periculo: cum enim hostis ingenti numero jam ad suburbana<sup>a</sup> clam pervenisset denuntiavit civitatem magnopere periclitari, tumque conversa ad orationem conticuit, auditum

est postmodum ex ore militum eorum, qui castrum in-  
 tercipere moliti sunt, se cum ad S. Willibordi caemiterium,  
 quod extra muros est, pervenissent, subito terrore correptos  
 nihil magis quam fugam cordi habuisse, in quam etiam  
 paulo post effusi sunt nullo persequente. Annum detestatus  
 agens migravit ad Dominum 7 die Junii anni 1626.

Et quam accidit in nocte octavarum S. P. N. Brunonis  
 videtur Deus dedisse significationem se quoque ejus me-  
 ritis servasse civitatem, cujus patrocinia tam ferreter in-  
 vocaverant catholici per orbem, et urbis cives nuperime  
 Cartusianis filiis ejus locum concesserant.

Accidit etiam 6 hujus mensis in ipso festo S. Brunonis  
 hoc prosperum in castris quando quidam ex Hispanicis et  
 ordinum equitibus infestis armis inter se concurrerunt. Omni-  
 bus notum est certamen singulare et equestre inter Brian-  
 teum Gallum, et Lecheretium Grobendonckii legatum,  
 et quomodo Brianteus victus et caesus fuerit anno 1600. Hic  
 Brianteus filius desiderio ulciscendi mortem patris fla-  
 grans sine thorace ferreo et scloppeto gladium manu  
 tenens in Hispanos irruit et Grobendonckii gubernatoris  
 Sylvæducensis ad singulare certamen provocavit: quo in  
 furore scloppeti ictibus per corpus semel per caput tra-  
 jectus et exanimis in castra relatus fuit. Princeps Aransio-  
 nensis corpus condidi, et in Galliam ad sepulturam veti  
 jussit.

Die 13 ingens procella, Africo flante, orta est, quæ  
 multa tentoria in Hispanicorum et ordinum castris dis-

jecit. Ejus videntia aquæ regurgitantes circa Gertunbergam Madam usque per agros non sine magno castorum Mauritiî incommodo superfluent.

V. Prior hoc autumno deduci curavit ab ultima cella quæ sumptibus regis edificabatur usque ad alveum fluvii Loue validum murum, et sic domum conclusit, quæ alias nisi sepibus munitabatur.

Hem quoniam cogitabat proximo anno domum anteriorem edificare conducit peculiarem serinarium Hieronymum Jan Andoromopolitanum, qui semerat ad tempus in Cartusia Lovaniensi ubi P. Prior S. Lucas Paludanus edificavit pulcherrimum doxale ex sectis lapidibus, et formas fratrum et cancellos ligneos renovavit; primarii istius officii opposuerunt se, et conquesti sunt apud P. Priorem quibus ille respondit se æque validis privilegiis munitum ac Patres Societatis qui externorum opem utelantur ad fabricam sui templi: aliquandiu noster serinarius abstinuit a publico timens ne conjiceretur in carcerem, donec P. Prior fiduciam illi dedit mittendo eum foras ad negotia.

Hem P. Prior juvenem quendam Bartholomæum, quem evocaverat ex domo Gosnay (et semerat hic duobus annis interim frequentans scholas elementares, collocavit apud Sutorum, suppeditans illi victum ex domo propter amorem Dei et proximi. Sed major factus abiit vias suas.

22 Septembris obiit S. Franciscus Almduar professor Aulae Dei Prior domus Aræ Christi et alias Prior ejusdem Aulae Dei et domus de Fontibus habens monachatum.

24 ejusdem mensis, S. Joanna de Gerbais Monialis professa et priorissa domus Prati mollis.

Prima Octobris S. Antonius Sulcken professor domus Coloniae, Prior domus Friburgi qui obijt in commissione sibi demandata a Capitulo generali et habuit Monachatum.

Transtulit in cella degens ex Italico idiomate et Hispanico varia opuscula quamvis linguas illas non caleret sed subsidio dictionarii. Vide Biblioth. Cartus. Venerat ad Ordinem anno 1599.

Item 26 Octobris S. Joannes Baptista Perreau professor Cartusiae, Prior domus Borboniensis prope Gallionem et alias scriba Capituli generalis quem aliquoties vidimus in hac domo dum pergeret in Hollandiam, et erat vir modestus et religiosus.

Cartusiani Valencenenses ineunte mense Novembri celebrem habuerunt professionem unius religiosi Vedastini S. Laurentis natione Gandensis, cum consensu et bona pace sui proelati ad nostrum Institutum se transtulit, et nomen sui primum Patroni S. Benedicti in professione assumpsit aderatque ipse abbas S. Vedasti qui propensum animum erga nostrum Ordinem declaravit, carmen doctum illi paravit quidam ex nostris quod hic reddo:

Venerabili in Christo Patri S. Benedicto Laurentis celeberrimi monasterii Vedastini Atrebatensis Ordinis S. Benedicti religioso professo S. C. Baccalaureo nec non ibidem tertio Priori meritissimo, hodie sacrum Cartusiensem Ordinem per solemnia religionis vota profitenti hoc

carmen F. B. R. Valencenensis Cartusiae religionis:

Amula Memphis, divi domus ampla Vedasti,

Amula conspicuis religione polis

Fertilis haec domus est: fulvis haerentia linguis

Lilia cum violis gratus ut hortus habet.

An non, Hugo rosa est? rubeo cui sacra colore

Ora notat sanguis, myrrhaque odore fragrat

Lilia concedant Agathonis pura nitenti

Stephane vel sertis laurea sertis tuis.

His vigor in pratis, his ridet Adulphus in arvis

Gregoriusque sacro floridus eloquio.

Cerne ut brumali vernantia tempora sertis

Jossio purpureas ut vomat, ore rosas?

Quanta tuis, Benedicte, casis virtute juventus

Floret? Signa Ducis sic bene docta sequi.

Sic in equis patrum virtusque imata juvenis

Nec parit imbelles seva lexena capnas.

Quid mirum benedicta sacro si semine terra est?

Est benedictus tunc qui benedixit agro.

En Benedicte tuo Benedictus surgit ab horto:

Ditescitque tuis Cartusiana viris

Sed mihi nunc dubis haeret mens anxiosa rebus,

Atque hinc ancipitem causa vel inde trahit.

Dic mihi cur claros frater Benedicte Pennates

Deseris, atque humiles vis habitare casas?

Haud fugio: sequor ab Benedicti signa parentis.

Hinc benedicta ducis nomina rite fero:

Nam pater incoltae quondam bene cultor eremi

Vixit in occultis Publace clare tuis.

Dumque Lagi pede calcat opes, pede calcat honores  
Fallacis mundi; sidera celsa rapit.

Ac velut umbra comes radios per solis euntem  
(Si fugis) insequitur: Sin secus: illa fugit:

Lic dum cuncta fugit, Benedictum cuncta sequuntur:

Divitiæ mundo: gloria summa polo

O mihi si celeres tribuat Deus alitis alas!

Detur, ut ad tales occipus ire casas.

At modo Bruno sacra dominator factus eremi est:

Affer opem, et votis annue Bruno meis.

Da mihi, da gratis liceat residere cavernis

Nam cella ad celos Cartusiana rehit.

Valencenis 5 die Novembris 1624

9 Novembris circa undecimam horam vespertinam Ill<sup>mus</sup>  
D. Carolus Alexander Dux de Croÿ Marchio d'Haure tra-  
jectus fuit bombe in propria domo, et sequenti die circa 11  
ante meridiem reddidit spiritum: voluit in habitu nostro  
sepeliri, et in tali schemate populo visendus jacuit per tri-  
duum: ea de causa finitis matutinis circa secundam post me-  
diam noctem fuit ad ipsum vocatus S. Procurator, nam Dei  
misericordia et providentia, et S. P. Brunonis (quem singu-  
lariter colebat) patrocinio factum est, ut transversum ictum  
per latera exciperet, non toto et pleno pectore, nam egre-  
diens cenaculo, ut transiret ad cubiculum homicida floris  
in plantea stans per fenestram non probe clausam Bombar-  
dam in ipsum exoneravit qui forte fortuna regrebat  
se ad subsequentes loquens de quodam cane mittendo ad

regem Hispaniarum. Atque ita ictus dixit famulis ut observarent  
 unde fumus proveniret et mittens manum in sinum laevum et  
 tactum se proclamavit non tamen cecidit, quamvis casso et obeso  
 esset corpore. Reclinatus in lectum ante focum statim curionem  
 capelle advocari jussit cui noxas suas aperiret, et alios religiosos,  
 amicos et principes, nam loquela eum non destituit nisi fore  
 usque ad ultimum habitum, habuitque tempus providere  
 domui suae, testamentum condere, omnia sacramenta sua  
 recipere atque aliquoties scrupulose peccata sua confessus est  
 Patri Minimo. Remiserat P. Procuratorem ut adferret illi  
 habitum quo erat sepeliendus, sed moras habendo ad compa-  
 randum singulum tardius reversus est, ad illum: petebat fore  
 ultimis verbis an non essent reversi Patres Cartusiani: tunc  
 dixit ultimum verbum, Video mortem, date mihi crucem: sic  
 pie et christiane obiit sicut omnes seculares confitebantur: fuit  
 personis Ordinis affabilis et benevolus, et familiares in domo,  
 saepiusque ad prandium venit contentus mediocri apparatu,  
 nec fuit ingratus nam cellam regis ipse impetravit, S. Bru-  
 nonem honorabat et colebat pro Patrono, atque ejus effigiem  
 domi habebat, attribuebatque ejus mentis se mortem evasisse  
 in paelio Pragensi, nam crista casidis suae ictu bombardae  
 ablatae fuerant, habebatque in cubiculo supra caminum ima-  
 ginem martyrum Anglorum quorum crudelis mors et mem-  
 brorum scatio pluribus diebus ante mortem illi observaba-  
 tur, atque dixit domesticis sibi dolorem cordi generare non  
 sine praesagio imminentis et violentis fati: Cenae mandatus  
 fuit in parochia Capelle B. Mariae, celeberrimus pro ipso

150 missas sicut alii conventus religionum.

In festo S. Ambrosii, 7 Decembris, fuerunt hic tria altaria consecrata ab Ill<sup>mo</sup> Archiepiscopo Mechliniensi D. Jacobo Boon. Primum in honorem S. Annæ matris Genitricis S. N. Jesu Christi et SS. Catharinæ et Barbaræ. Istud altare est in templo ad meridiem renovatum et ornatum lapide marmoreo in memoriam S. Helene Mancie de Morade ibidem sepultæ, quod tertium vocamus.

Secundum in honorem B. Mariæ Lauretane, S. Joseph et S. Mariæ Magdalene, in sacello priori contiguo, quod præterita ætate V. P. Prior curaverat edificari.

Tertium in Capitulo in honorem S. Brunonis, Hugonis episcopi Gratianopolitani et Anthelmi episcopi Bellicensis.

Dominus archiepiscopus Indulgentias unius anni his qui interfuerunt concessit et fuit exceptus in prandio cum Domino cancellario Pechio sororio suo.

Circa hunc mensem Mansfeldius conscensa Vlissingæ Loelandiæ oppido navi Angliam petere institit, ut conscriptos ibi milites, quorum instar octodecim millium esse perhibebatur abduceret. Ceterum imperitia gubernatoris navis qua vehabatur vi tempestatis in brenia et Lyteis impacta hæsit. Ipse Mansfeldius non ignarus future procellæ aliam jam ante satis provide conscenderat, nam quæ eadem via vela faciebat. At socii ejus naufragium fecerunt, ita ut 138 ex iis aquis miserandum in modum hausti perierint. Mansfeldius cum in Angliam venisset conscriptas copias celeriter collectas navibus imposuit, cumque iis primo Cale-

Annus, deinde apud Bergam supra Pomam annum appulit ad diem 10 Januarii anni subsequentis. Cogebantur Angli diu in navibus commorari, unde multi frigore, madore, defectuque rerum necessarium enecti perierunt.

Hoc igitur tempore cum de Mansfeldio magnus rumor increbuit quod ex Anglia, Gallia, et aliis locis magnum exercitum contracturus esset. Spinola nihilominus obsidionem Predanam urisit, neque ab ea discedere constituit, etiamsi Brabantia, Flandria, Artesia, Hamonia, etc. aliquid detrimenti paterentur: in quibus tamen provinciis necessarij apparatus ad arcendam hostilem irruptionem facti et cohortibus pretorianis ut animarentur et numerus eorum augetur privilegia et immunitates antehac a Carolo V ipsis concessae non modo revocate sed etiam amplificate, et propterea peculiare diploma a rege Hispaniae ac certa constitutio a <sup>ma</sup> Lex Infante publicata et affixa fuit.

S. Mansfeldius Caetero per Gallo-Belgicas provincias iter facisset, nihil in agris reperisset, nam rustici omnia sua comportaverant in oppido; ab isto timore non erant liberi nostri Cartusiani qui in aperto agro degunt Gosnay et alibi, et P. Vicarius centum Monialium non parum anxius.

M. Antonius de Dominis olim archiepiscopus Spalatensis in Dalmatia propter suam apostasiam, relapsum et inconstantiam captus et in Castello S. Angeli custoditus fuit cum interea ex hac vita migrasset die 21 Decembris sententia in ipsum lata, et in sede Minerva promulgata fuit secundum quam eo ipso die cadaver ipsius tanquam haeretici cum aliquot ipsius scriptis in campo Florum crematum, et cineres in

Librum conjecti fuerunt.

### Epitaphium

Impiissime contra de se benemeritam Dei Ecclesiam perstinauit <sup>stylum</sup>  
Confusam et vulneratam sine medela reliquit.

Ad Anglicanas oras ut Antius in Papam et catholicos ganniret, se recipit

Apostaticum spiritum rediens non dimisit. Reculuit.

Ultimam non imperitens pœnitentis emisit.

Si quis fusioŕem totius rei ordinem et processus narrationem videre  
desiderat, consulat Byronium Tomo 18 Annalium ecclesiasticorum,  
ad annum Christi 1479.

Magno apparatu, solemnitate, concursu populorum Jubileum  
hoc 1624 in pervigilio Nativitatis Domini Urbanus VIII Pontifex  
Maximus aperta porta sancta basilicæ S. Petri auspiciatus est.  
Ad eam celebritatem cohonestandam litteris apostolicis in-  
vitaverat Ladislaum Sigismundum, Sigismundi III Polonice,  
Sueciæ principem Moscorumque magnum ducom electum,  
qui post victorias præclarissimas de Moscis, Dacis, Sæptis et  
Turcis partas, visa oliter universa Germania (et Belgia) in  
Italiam quoque religionis causa et pietatis penetrarat ita Pon-  
tifex scribebat:

Urbanus Papa VIII

Dilectissime in Christo fili noster salutem et apostolicam  
benedictionem. Hæc patria generis humani, quæ non semel  
armatos terrarum triumphatores vidit ad Piscatoris sepulchrum  
procumbentes, cum jamdiu anxius votis te vocet, propinqua  
nunc adventus tui spe summopere lætatur. Cum enim  
indicta quidam anni sancti, et christiani Jubilei solem-  
nitas, credentes populos ad hoc religionis sanctuarium convocet,

jucundum caelo hominibusque spectaculum fies Polonia princeps qui  
 regiam juventutem illustris victoriis catholice Ecclesie commendasti.  
 Heane pugnam Excitam illam ex Aquilonis orientisque latebris colluviam Tur-  
 cioniam contra eam, atque Tartarorum, quae toti Europae non ita pridem inde  
 Curcas per Ladis habitur diluvium minitari, Roma scit Poloni principis virtute con-  
 laum Poloniae pugnissimam coactamque fuisse salutem meticolosa pactione et  
 cipem obtentam turpi fuga redimere. Proin cogitare potes, te hic urbis amore,  
 ad longum deseri et populum plausu colendum; ubi fortitudinis tuae trophaea,  
 bel. Pignus Annal. quae christianitatis propugnacula fuerunt, consentientibus natio-  
 eal. t. 18 ad an. num tam diversarum vocibus celebrantur. Nos vero, qui jam  
 Christi 1472 et die triumphalibus nominis tuis laudibus favemus, apostolici  
 nos supra ad an. amoris brachis te complectemur decus Septentrionis, et fidei  
 num. 1621 de ea praesidium. Scito ergo te maxima adventu tuo pontificiae  
 aliquid tetigimus. caritati solatia allaturum; qui certe praesens cognosces, quanti  
 apud nos ii principes sint, qui barbaricam impietatem pro-  
 fligantes, caeleste regnum in terris propagant. Mentem nostram  
 uberius declarabit dilectus filius Carolus Magalottus custodiarum  
 nostrarum generalis locum tenens Cardinalis Barberini nepotis  
 nostri avunculus, et Cardinalis Magalotti frater quem nobis  
 gratissimum ad te allegamus, ut has apostolicas litteras affe-  
 rens paternum desiderium nostrum tibi significet. Is autem  
 se nobis morem genisse tum arbitraliter cum omni officii at-  
 que obsequii genere demereri poterit patrocinium Sancti Prin-  
 cipis, cui ad Nos proficiscenti felix iter precamur et apostolicam  
 benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud  
 S. Petrum sub annulo Piscatoris die 28 Novembris 1624, Pontifica-  
 tus nostri anno secundo.

His apostolice caritatis litteris princeps non minus quam pie-

ate et devotione privata incitatus Romam hora tertia noctis die 20 Decembris dissimulata persona equis citatis aduolauit et ad pedes Pontificis deosculandos prius quam ad hospitium properauit. Venientem principem Pontifex tota ditione ecclesiastica hospitibus ubique dispositis, pontificiis sumptibus lautissime habitum benigne complexus in palatio Symerici Caponis ad portam Flaminiam splendide ornato divertere permisit: laetitia abundantissime ibidem suppeditauit.

Ad aperitionem porte sanctae in suggestu eminentiore e regione preparato presentem tum ea et consequentibus natalitius festiuitatibus, omnibus tam diurnis quam nocturnis sacris ingenti cum reuerentia assistentem vehementius suscepit: utque sacratissima religionis catholicae pignora vultum redemptoris pammiculo per miraculum a Veronica exceptum et lanceam, quae latus Christi hausit, eminus videre, tractare, venerari, et populo desideranti ad reuerentiam, ex loco designato eminentiore, in quo religiose seruantur ostendere fuisset, illum inter canonicos basilicae Principis Apostolorum (Imperatoribus exambita, et collata dignitas) recensuit: qua ille dignatione post Fredericum VI et veteres illos aliquos Imperatores nemini hactenus collata, ornatus sacramque pompam (admiranda, nec sine lachrymis innumerabilium visa deuotio et demissio principis) indutus, medius inter collegas, lachrymis profusissime manantibus, suspirans et ad contactum utriusque cymelic tremens, utrumque pignus populis adorandum exhibuit; spectaculum iucundissimum caelo hominibusque factus. Ipsum illum principem gladio et pileo inter Nocturnas Patriaratus Domini preces solemni ritu sacratis presentibus

Como Comes regni Polonæ protectore, Antonio et Francisco Barberinis  
 et Magaloto Cardinalibus ex manibus Corquati Perotti sacello privato  
 præfecti accinxit ornantque. Accinctum deinde eodem die epulo  
 publico refecit atque eo inter mutuas benevolentie significationes  
 absoluto poemate Etrusco, quo Joannes Ciampolus Pontificis a  
 secretariatus ad principes litteris erudita musa laudes principis,  
 regis et regni Polonæ complexus est, varia vocum et instrumen-  
 torum symphonia plorantibus præ animi benevolentini omnibus  
 qui audiebant, publice exhibarunt, et forestavit jam aliquot dies  
 in palatio apostolico diversantem. Urbanus Pontifex eodem post  
 epulum respere principem donis cumulabat: inter quæ Monile  
 ex adamantibus prætiosum S. Sebastiani reliquiis dives: arca  
 argentea sacris S. Primi et Feliciani ossibus plena: globuli  
 item precatorii ex diversis gemmis, varia Sanctorum pignora,  
 aurea monismata, imagines a præstantissima manu vel  
 coloribus vel lapillis pictæ, nec non alia quedam singulacia, et  
 recondita liberalitate Pontificis, et religione principis digna, qui-  
 bus fere equalia Franciscus Cardinalis Barberinus ex fratre  
 Pontificis nepos superaddidit, nec non æque ac patrum  
 familiares ac Comites principis pia munificentia divitavit,  
 ut omnibus testatum sit, quanti sedes apostolica æstimet  
 illos principes, qui adversus religionis hostes aliquid præclari  
 gesserunt. Quod vicissim princeps dedit non legi nisi  
 quod Laureti auream imaginem S. Stanislai, et aliquid  
 reliquiarum cum aliis numeribus reliquit. Roma Neapolim  
 perrexit.

Non tam feliciter iter suum prosecutus est in Hispaniam  
 Ser<sup>mus</sup> Carolus archidux Austriae, administrator Cen-

Honori Ordinis episcopus Bratislaviensis frater moderni imperato-  
ris Ferdinandi II, nam cum Mantuanum Crepetanorum sine  
Madritum venisset 24 Novembris futurus gubernator regni  
Lusitaniae, die paulo post in morbum incidit, et 26 De-  
cembriis morbo invalescente in aula e vivis excessit, in  
Escuriaci sepultus et cor Viennam transmissum fuit.

Concessio Indulgentiarum sacri anni jubilei 1624

Per sanctissimum S. Urbanum Papam VIII sacrae Ordini Cartusianorum

Scipio miseratione divina tituli S. Susannae P. R. C. pre-  
sbyter cardinalis Ordinis Cartusianorum V. Protector R. P.  
S. Brunoni d'Alphingues majoris Cartusiae Priori, et supra-  
dicti Ordinis Cartusianorum Generali, ac omnibus Prioribus,  
Rectoribus, Vicariis, Procuratoribus ceterisque officialibus, mo-  
nachis, Monialibus, Conversis, Donatis, oblatis et famulis ac  
aliis personis actu in monasteriis et grangiis dicti Ordinis  
ubilibet constitutis, insermentibus et degentibus salutem in  
Domino sempiternam. Notum facimus et attestamus  
qualiter Sanctissimus in Christo Pater et S. N. S. Urbanus  
divina providentia Papa VIII de animarum salute solli-  
citus pie considerans vos pro singulari vestra devotione  
summo desiderio Indulgentiam hujus sacri anni  
jubilei consequi, ad aliam tamen urbem pro illa conse-  
quenda nec ad basilicas in ea designatas commode venire,  
et accedere non posse (attento Ordinis vestri arctissimo insti-  
tuto) et cupiens pium vestrum desiderium effectum sortiri:  
vosque ab hujusmodi onere ad urbem ecclesiarumque designa-  
tas accedendi, levare; vivae vocis oraculo Nobis facto, et ad preces  
vobis nomine R. P. D. Bernardi Gazzii Cartusiae S. Mariae Ange-

lorum de urbe Pionis; et Ordinis prædicti Procuratoris generalis humiliter  
 prorectas de Omnipotentis Dei misericordia ac P.P. Petri et Pauli apo-  
 stolorum ejus: auctoritate confusus vobis et cuilibet vestrum contritis  
 sament et confessis ac sacra communione refectis concessit ut qua-  
 tuor altaria eolensiarum seu monasteriorum vestrorum per illo-  
 rum et cujuslibet eorum superiores deputanda quindecim diebus  
 continuis vel interpolatis devote visitando et ante illa genuibus  
 flevis quinquies orationem Dominicam et toties Salutationem  
 angelicam recitando, ac pro S. R. E. felici statu et exaltatione  
 illiusque inimicorum depressione et infidelium conversione,  
 ac inter christianas Principes pace et concordia pias ad Deum  
 preces effundendo, ipsam plenissimam anni jubilei Indulgen-  
 tiam consequamini quam consequeremini si quatuor ecclesias  
 dicte urbis et extra eam ad id deputatas personaliter visi-  
 taretis, et omnia alia adimpleretis que pro dicta Indulgentia  
 consequenda quomodolibet requiruntur.

Et ut Indulgentiæ hujusmodi facilius capaces, Deo propitio,  
 effici valeatis vobis omnibus et cuilibet vestrum, ut de vestrorum  
 Superiorum licentia confessores idoneos et approbatos eligere  
 possitis, qui vos a quibusvis peccatis, criminibus et delictis quan-  
 tumque gravibus etiam apostolicæ Sedi reservatis, ac etiam  
 in Bulla Cæne Domini contentis absolvere possint, aucto-  
 ritate apostolica de specialis dono gratiæ indulget, litteris  
 jubilei, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus  
 quibuscumque. In quorum omnium et singulorum fidem  
 et testimonium præmissorum presentes manu nostra sub-  
 scriptas fieri fecimus, sigillique nostri jussimus et fecimus  
 appensione communiri, quorum exemplis etiam impressis

manu et sigillo supradicti Pa. P. D. Bernardi Procuratoris generalis  
munitis fidei ubique adhiberi volumus. Datum Romæ in palatio  
nostre solite residentie sub anno a Nativitate Domini 1625. In-  
dictione octava, die vero 17 Januarii Pontificatus ejusdem S. D.  
N. Urbani VIII anno secundo. S. Card. S. Tusani S. R. E. Pillioth.

Alexander Pollinus secret.

Bernardus Gargius qui supra manu propria.

Hoc diploma non recepimus nisi a Capitulo generali reversis  
Prioribus quod noster his verbis subscriptis publicavit:

Nos pro religioso nostro affectu istam concessionem Indul-  
gentiarum maximis animi nostri gaudio et gratitudine susci-  
pientes ad ipsius Dei gloriam et catholicæ Ecclesiæ exaltatio-  
nem omnibus et singulis in hac Cartusia Bruxellensi nobis ut  
Priori subditis jubilei celebrationem inchoandam a primis  
Vesperis sollemnitatis Corporis Christi, et in primis Vesperis Nati-  
vitas ejusdem S. N. Jesu Christi hoc anno 1625 prope future  
finiendam indicimus et promulgamus designantes in nostra  
ecclesia altaria hæc altare chori religiosorum, altare sacelli  
S. Annæ, altare sacelli novi, et altare Capituli, ut ante illa singule  
orient juxta tenorem istius concessionis ceteraque in eadem  
prescripta faciam. Datum Bruxellis 27 Maii 1625. Subs-  
gnavit fr. Bruno d'Outelair.

Sec<sup>ma</sup> Infans rursus pro bono successu obsidionis Predaniæ petiit  
sex novennaria Missarum tria de Nativitate Domini, et tria  
de Epiphania cuius pietatem Deus dignetur remunerare.

3 Januarii obiit in domo Lyrana D. Ludovicus Corvius pro-  
fessus Cartusie Leodiensis, qui in predicta Cartusia Lyrana

quatuordecim circiter annos laudabiliter et stabiliter vivit et officium  
 sacristae ibidem quam plurimos annos exercuit; fuit autem vir doctus  
 et summus poeta, et plurima poemata excudi curavit in professione  
 religiosorum ejusdem domus. Fit ejus mentio in Biblioth. Carthus  
 Gotha oppidum ab Ordine occupatum et multa milita-  
 res ventilationes facte. Cum praesidarii Hispanici Gothe in Ducatu Clivensi cum aliquot  
 et multo die occurrerent, et Ordinem militibus insidiarentur, Lambertus  
 Carolus gubernator Neomagensis consilium inivit, quo oppidum  
 istud et castellum, ex quo ordines multum damni accipiebant,  
 interciperet. In hunc finem ex proximis oppidiis Eila, Gemepio,  
 Anhemio, Duisburgo, Predefortio, Embuca et Pesa his mille  
 circiter milites convocavit, et noctu cum duobus tormentis, et duobus  
 scopis curvibus impositis die 17 Januarii movit. Praefectus Go-  
 thensis hac de re certior factus non tantum Geldrensem, Ponsbe-  
 canum et Vesaliensem praefectos, ut sibi caverent monuit, sed  
 ipse etiam cum suis copiis totam noctem usque ad horam ter-  
 tiam matutinam in armis stetit. Cum nemo veniret, tandem  
 cum suis quieti se dedit. Post unam horam circa quartam ordi-  
 num milites ad oppidum accesserunt et fossam quae uno  
 loco valli vicina repleta, et vix resquipedes profunda erat,  
 transierunt. Excubitoribus inclamantibus quinam adessent,  
 responderunt se ex ipsorum numero esse et aliquid specu-  
 latos et molitos fuisse. Inter hoc colloquium Thomas Paquius  
 subcenturio cum aliquot militibus ad motis scalis murum super-  
 ravit et ad stationem, in qua sex tantum erant, properavit:  
 quibus obtruncatis unam portam occupavit eaque aperta equi-  
 tes et pedites foris stantes intromisit, qui per plateas dis-

currentes Virat Urania ingeminarunt, omnesque qui in armis depre-  
 henderunt, interfecerunt. Hispanicum autem presidium, quod sex-  
 centis militibus constabat, cum transfugis in castellum se recepit,  
 et portam lapideam et vulpinam in oppido obtinuit. Cum  
 irruptio fieret, cives in suis edibus conclusi et quieti se conti-  
 nebant: quæ postmodum ab ordinum militibus occupate et  
 formentis ex arce displotis admodum labefactæ fuerunt. Die 19  
 Hispanici portam lapideam deseruerunt, et in castellum se  
 contulerunt. Postero die ordinum milites propugnaculum  
 ad portam vulpinam castello vicinum expugnauerunt, quod  
 Mullartus centurio primus invasit, et multos in eo letho dedit.  
 Id tempestive admodum factum antequam alii obsessis subsidio  
 venirent. Nam etsi formentis in oppido essent, tamen pulvis  
 nitratu et pilæ deerant: quæ ut confestim adreherentur  
 mandatum fuit. Interea nempe die 27 subprefectus Gochen-  
 sis qui matrimonii contrahendi causa in Ducatu Juliacensi  
 fuerat, cum 200 hominibus per posticam in castellum venit.  
 Reliqui subsidiarii ex vicinis presidis educti, quarum mille  
 erant, similiter in illud se ingressuros sperabant. Verum  
 milites ordinum diligentius quam antea exscubantes illis ad-  
 ventantibus ex propugnaculo ad portam vulpinam et mu-  
 nitionibus extrinsecis tantam scopulorum grandinem in  
 eos miserunt, ut centum ex eis ceciderint, deinde eruptione  
 facta reliquos dissiparunt. Hispanici ex castello in oppidum  
 eruperunt, qui tamen in foro cæsi et cum damno repulsi fue-  
 runt. Allato in oppidum pulvere et pilis, castellum vehemen-  
 ter verberari ceptum, et ubi in eo vulnerati fuerunt. Cum  
 tribus locis formenta contra castellum disposita et in eo quingua-

ginta interempti centum sauciati fuissent qui propter medicamentorum inopiam curari non poterant, et Sorlandus praefectus principis Chini legatus ictu formenti percussus fuisset. Hispanici castellum ordinibus dederunt, et die 21 cum omnibus armis, et explicatis signis excesserunt. Lambertus autem Carolus sive Charlesius Neomagensis praefectus Gochemis sic quidem profectus est sed non diu victoriae fructu letatus. Nam postquam domibus aliquot exspoliatis, fanis direptis, aris subversis, statuis combustis divina atque humana omnia promiscua denique nihil pensi neque moderati habuisset, perinde ac injuriam facere Divina vindicta id demum fuisset victoria uti, paralyti extinctus dignas scele-  
in sacrelegum. ritibus poenas dedit.

Aliquid particularius contigisse indicat Aug. Wichmans in Apotheca sp. his verbis: David Gochæ interceptoribus sacram B. Virginis statuam ibidem sacrilege blasphemantibus contigerit notius est quam ut pluribus referam.

12 Februarii obiit Illustris D. Antonius Dongnuz de Willerval benefactor domus prope Insulas.

Hoc mense Februario Mansfeldius cum copiis in Anglia conscriptis et omnis generis apparatu Vlissingam in Felandiam plusquam 300 navibus Sympranis pulsantibus et formentis displotis appulsi. Christianus autem Dux Brunavicensis Dovera ex Anglia solvit, et Calctum in galliam trajecit ut gallicum equitatum et peditatum etiam in Belgium adduceret; quam ad rem magnus navium numerus ad ipsum missus fuit. Ad eorum conatus retundendos cohortes praetorianae in Brabantia et Flandria ad signa confluerant, quae etiam his diebus in suburbis hujus oppidi Brunsellensis metate sunt, ad quas lustrandas ipsamet Sua Celsitudo oppido cum tota aula exivit, et

16 Februarii prima Dominica Quadragesimæ rursus petiit a nobis decem novennaria Missarum in honorem novem ordinum angelorum, et decimum in honorem S. Michaelis archangeli.

23 Februarii V. Prior noster adduxit ad hanc domum J. Guilielmum Maes filium clarissimi Consilarii regii in Cancellaria Palantis, qui annum probationis absolverat apud PP. Augustinianos ex commissione sibi demandata a Collegio Cardinalium qui negotiis episcoporum et religiosorum præsent, eo quod pater ipsius diceret juvenem a dictis Patribus blanditiis allectum, et circumventum. S. Prior habuit multas difficultates, quia Augustiniani volebant dimittere juvenem, dicebant Bullam esse subreptitiam eo quod in ea innoteret aliquod ritum septuagesime sive constructionis. Ideo Domino Maesio consulario instante debuit per censuras ecclesiasticas eos cogere, et nominatim adolescentem excommunicare provincialem et Priorem a divinis suspendere, atque litteræ per quatuor horas publicis in locis affixæ fuerunt: postea obtinuerunt suspensionem, et coacti sunt adolescentem dimittere, qui hic humaniter admodum ne dicam laute tractatus fuit comedebat in mensa Prioris in cubiculo hospitum, et vesperæ ministrabatur illi collatio in cella quia nisi duodeviginti annorum ægebat, habuit etiam religiosum J. Joannem d'Anthone qui illum visitabat, et curam ejus habebat, et humaniter ab omnibus tractabatur; sicut postea ipsemet retulit et Patres Augustiniani tunc temporis sciverunt, qui addebant tali dulcedine fuisse esse petendum, et si scivissent nihil nos velle machinari contra ejus vocationem, facile in principio illum dimissuros fuisse. Cum sic segregatus perseveraret nihilominus in proposito suo, et diceret quamvis non suscepisset

habitu regularem Ordinis S. Augustini, se adhuc petiturum, postquam totam  
 fere quadragesimam hic transegeret. 29 Martii in festo Pasche di-  
 missus fuit, quia eo die P. Prior proficisceretur in Cartusiam, ea tamen  
 conditione ut ante tres septimanas non emitteret professionem, quia  
 pater ejus <sup>indulgenter</sup> Roma expectabat, epistolas, et P. Priori nostro objiciebat quod  
 nimis dulciter egisset cum eo, quasi vero mala tractatione et vi debuis-  
 set cogere adolescentem; nunquid et archiepiscopus Mechliniensis qui  
 etiam eum habuit in sua domo permiserat omnem libertatem, et  
 ut posset cum domesticis ludere et se recreare, nihilominus videns ani-  
 mum obfirmatum permisit habitum regularem <sup>inducere</sup> ~~permittere~~: et  
 recenter Nuntius apostolicus sententiam in ipsius favorem protu-  
 lerat quae talis est:

Joannes Franciscus Dei et apostolicae Sedis gratia archiepiscopus  
 Petraccensis in Belgiois detinens cum facultate Legati a latere, Nuntius  
 apostolicus. Visa petitione clarissimi Domini Joannis Masii consilarii  
 regii in Concilio Brabantiae de qua in actis et responsione R. P.  
 P. Augustianorum, replicatione ejusdem Domini consilarii Masii,  
 duplicatione R. P. Augustianorum, ac consideratis considerandis,  
 declaramus petitionem supradicti Domini Consilarii non  
 esse receptibilem ad effectum impediendi seu retardandi  
 quae minus D. Guilelmus Masius ejus filius qui annum sui  
 Novitatus in Ordine dictorum P. P. Augustianorum complevisse  
 dicitur, professionem regularem emitteret secundum formam  
 juris et sacrarum Constitutionum, quatenus eam emittere inten-  
 dat, et enixe ac humiliter id petat, nec non qualitatibus ne-  
 cessariis sit predictus, et ad onera ejusdem religionis sustinenda  
 reperiatur idoneus, salvis in reliquis juribus ambarum partium.  
 datum Bruxellis die 4 Februarii 1625. Erat subscriptum:  
 J. F. archiepiscopus Petraccensis Nuntius.

Deinde sigillum in rubra hasta.

Ab hac sententia appellaverat D. Consiliarius et obtinuerat Roma ut proset sequestari prout dixi. Sed frustra laborabat, filius ejus magis in sua sententia animum affirmabat. Ex eventu patuit hiorum nostrum melius fecisse se a tali commissione excusare, si tamen potuisset, prout fecit P. Guardianus Capucinarum propter dicticia hominum, qui saepe rem ignorant vel in pejorem interpretabantur: vulgo dicebatur Patres Augustinianos et Cartusianos se invicem tela excommunicationis vibrare et alii qui negotium peritius noverant, gambelant P. Priorem in bicipitem laqueum incidisse ut qui gratia Domini Consilarii excidisset cui filium ex jure non poterat reddere et P. Augustinianorum indignationem incurrisset ex publicata sententia et quod juris aliquid in eos arrogasset quod tamen nisi ex delegata auctoritate ab Illmo Collegio Cardinalium non presumpsit hinc adhibitis festibus protestationes factae se non velle subfisci sententiae ipsius quam tamen observare debuerunt. Praeterea juvenes sunt saepe animosi, parum mortificati et in notandis defectibus religiosorum praecipue alterius Ordinis oculati. Hinc melius est in simplicitate sua manere et tales delegationes non ambire nec acceptare quando eas subterfugere possumus.

7 Martii Zephiro spirante maxima pars Gallicarum copiarum Calati in nares imposita fuit. Cum in altum prorecti essent Cavo flante magna tempestas et procella orta est, qua fluctus tanta vi in terram impulsi fuerunt, ut hominum memoria tanta aquarum altitudo Calati non fuerit: unde factum ut propugnacula moenia et nares magnum damnum acciperent, quod plus quam centum coronatorum millibus aestimatum fuit. Quaedam

etiam naves, in quas equitibus impositus erat perierunt, et plerique equi suffocati, equites autem natando ad littus evaserunt.

Jacobus Dei et Sedis apostolicæ gratia archiepiscopus Mechliniensis omnibus, quibus hæc innotescant, salutem. Cum eo fine christianorum festa instituta sint ut beneficium Dei lapsu temporis nunquam ingrata subrepat obliuio, merito a multis desideratur ut, quæ in electione B. Joseph sponsi: Deiparæ Virginis humano generi bona collata sunt annua celebritate recolantur. Hunc enim Deus solum constituit in terris magni consilii Coadjutorem fidelissimum, sue carnis nutrimum, sue matris solatium, hunc parentis loco habere, eique velut parenti obedire non est dedignatus. Ut non temere ejus apud Deum pro nobis intercessio magni ponderis habeatur. Ad quam in hac rerum necessitate promerendam maturo consilio decrevimus non quidem per modum præcepti sed exhortationis indicendum solenne B. Josephi festum etiam in populo celebrandum. Quocirca omnes nostræ diocesis prelatos, Capitula ceterosque ecclesiarum tam regularium quam secularium rectores, præsertim, parochos nec non verbi Dei predicatorum in Domino requirimus ut populum ad præfati festi, feria quarta post Dominicam passionis proximam in hac diocesi modo præfata celebrationem iteratis et accuratis prædicationibus ferventer et efficaciter excitare atque solemnitate officii, aliisque piis modis inuitare et trahere totis viribus satagant. Et quo fideles ad hoc propensiores reddantur omnibus illud rite celebrantibus 40 dierum Indulgentia in forma Ecclesiæ concedimus et largimur. Datum Brucellis sub nostris signatura ac sigillo die 12 Martii 1625.

Subsignatum erat: Jacobus archiepiscopus Mechliniensis. Locus sigilli.

De mandato Ill<sup>mi</sup> et R<sup>mi</sup> D. superscripti Cornelius Coms secret.

*Diva Virgo aucto-  
riatix.*

Sub parochia S. Gaudenii oppidi Bruxellensis juxta mœnia interiora, quibus illud olim cinctum fuit ad forum carbonarium haud procul a monasterio Carmelitarum mitigatorum antiquum plane sacellum est, in honorem S. Jacobi apostoli erectum, cui adjunctum hospitale recipiendis peregrinis. In hoc loco reperta est imago Deiparæ hoc anno 1625 tempore Quadragesimæ a viro quodam pio Jacobo Mees nuncupato, cui tum ex officio, dicti sacelli cura incumbebat. Prefectus siquidem erat Confraternitatis, quæ ibidem in honorem S. Jacobi erecta est, in quam non alii recipiuntur, quam qui Compostellam honoraturi dicti Apostoli sacras reliquias adierunt, unde etiam Jacobite vocantur: atque ex illis, duo quotannis eliguntur, qui præpositi dicuntur. Cum ergo anno superiori in festo S. Catharinæ Virg. et Mart. hæc provincia prefato Jacobo Mees esset, imposita, ministerium suum a domo Dei auspicatus, cepit sacellum, quod sordibus omnino scatebat, et squalore ac sœtu erat obducum, expurgare: atque pro modulo aliquantulum exornare. Mirum enim in modum, sordidum, abjectum, et quasi derelictum erat, puerorum tantummodo lusibus inseriens, et quasi in plateam illac pertransentium conversum. Tacuum in eo Meesse officium non nisi bis ad summum in anno fiebat. Verbo dixerim templum sanctum positum erat in pomorum custodiam, ut umbraculum in vinea, et sicut Augurium in cucumerario. Memoratus vero Jacobus super hoc sacri loci indigna vastitate commotus et ingemiscens prætactam illam Deiparæ imaginem, abjectam plane et puberibus obitam, magno zelo et pio erga eam studio, honestiori loco collocavit, et candelam ante eam accendit. Contigit eodem tempore famulum ejus periculose admodum infirmari morbo ne ipsis quidem medicis satis cognito: nam a

sensibus plane erat abalienatus, et quasi mortuus in Senam primo delapsus; atque ita perseverans ad hospitale predictum est delatus. Tertio die curat pro eo Heius ex peculiari devotione erga hanc Deiparæ imaginem, sacrificium in illius honorem, et famuli sui per ejusdem intercessionem, subsidium offerri. Quod ubi rite peractum, ecce e vestigio pristinae sanitati famulus restituitur, et adstat, coram aliis sospes et incolumis. Rei novitate civitas statim repletur et turmatim confluit propulus divinam in imagine veneraturus, et pro simili ope vota ei facturus. Continuatur devotio in dies magis ac magis, maxime veris aliis miraculis quam pluviniis subsequentibus; quorum nonnulla Illustris archiepiscopus Mechliniensis approbavit, reliqua latius examinans ne qua fraus aut dolus malus subrepat. Atque ab illo anno 1625 usque ad hunc diem devotio et concursus populi tantus est, ut fidem pene dicas excedere, nisi oculis fidem adhibeas, rem ipse coram intuitus. Solus ipse confluentis multitudinis quasi pro miraculo habendus est, adeo ut reliquis pene omnibus ecclesiis emulationem pariat.

Purima sunt quæ de hoc loco commemorari hic possent. Verum quia recentiora, nec adhuc omnia Ecclesie auctoritate indicata, ideo supersedeo, speramus brevi integros libros de iis videre et legere: nam devotio non minuitur sed quotidie adcrescit. Unde diversi Nuntii apostolici Bruxellis residentes atque ipse Illustris Mechliniensis magnis gratiarum favoribus atque Indulgentiis eum honorarunt. Nullus hodie Bruxella tota locus hoc celebrior, nullus in majori veneratione. Templum non capit homines, neque parietes sacra anathemata, cæcos, votivas tabulas, lampades argenteas atque alia pretiosa donaria quæ per dies singulos abundantius offeruntur. Vocatur autem Diva auxiliatrix sine auxilium christianorum vernacule Onse lieere Vrouwe van bystant, et com-

muniter idioma Hispanico Nuestra Señora del Socorro, quod nomen ei primitus alter prepositus Confraternitatis supradicti Jacobo collega Guilielmus Vaeck nuncupatus indidit, eo quod in Hispaniis dea Virgo istidem miraculosa colatur, quæ hoc nomine insignitur. Hæc nomen illi hoc adhasit, quod tribus idiomaticis in tabula descriptum supra memorate imagini adpressum fuit. Adjectivum quidem notatum in nomine Domini, et ut idem Palmista Auxilium meum a Domino qui fecit celum et terram. Verum illud etiam recte a Domina Domini matre, et in nomine Domine expectamus. Amplectimur enim genuinum Scripturæ sensum cum auxilium omne fontis bonorum omnium Deus, tanquam causæ primariæ deferimus, et illum solum qui per se dat gratiam et gloriam ita proponimus, ut Sanctis locum in secundariis et coadjutantibus causis concedamus: atque in suis Sanctis Deum potentem, et per illos nobis munificum suspiciamus et prædicemus. Qui hanc Dei potentiam et munificentiam in sanctissima Virgine explodunt, divinum quasi ordinem violant, cujus proprium est inferiora per superiora decenter regere et administrare; simulque ea nobis tollunt præsidia, quæ ad hominum utilitatem et salutem constituta sunt; ea quibus non exiguum illud est, quod supremum æternumque Nomen sicut per sanctos angelos, qui juxta Dei providentiam pro nobis intercedunt. Patronorum officium suscipientes: ita etiam per Scipianam mortalibus per sepe opitulatur, auxiliatur et præclara dona potentibus elargitur.

Hæc miraculis B. Virgo dabit signum in bonum populo Belgico qui sub clientela est Hispanicæ monarchiæ cujus patronus S. Jacobus Deum se reddere eis propitium et vindicatum hono-

rem, quem obsessi Bredani sibi auferrebant, dum in templo dicti oppidi monumentum Engelberti primi et Joannis Nassavorum directa Mariana statua mutilarunt, quod factum est, instinctu Sibyllæ, si Dis placet fatidicæ flaminicæque Henrici Boxhornii Bredarii verbi preconiis flaminis dialis quondam inter pontificios sacerdotis. Illa sibyllino nempe oraculo post sextum Bredanæ obidionis mensem vaticinata, urbem hosti cesuram nisi Virginis Mariæ statuam ad id tempus eo loco conservatam demolirentur quam tot retro annis majorum sanctissimorum religio ea in urbe fuerat, venerata, ceteri vero a religione alieni nec ausi fuerant sartam ad id tempus sectam violare. Cui in re nescio quid amplius reprehendendum censeam an serpentis sensus populique in tanto proculcata antiquitatis flagitio tolerando patientiam, an in credendo stuporem; an muliercule audacissime impudentiam adversus statum Mariæ Virgini consecratam ab Ill<sup>issimis</sup> Nassavorum proceribus, impositamque humulo suo ad memoriam posteritatis.

Solent insuper pie et modeste quidam investigare divina judicia (quorum abyssus multa) quare B. Virgo in tam obscuro loco voluerit miraculis clarescere? ego pie credo ut restitueret ibi divinum filii sui cultum, quem raram et neglectum fuisse signa dicit, et extremo populo infimæ hujus urbis (in qua rara sunt templa et oratoria Missæque horæ nonne in sacello anteriori per nostros Communitarios sublata erat a medio anno) commoditatem pararet audiendi Missam, nam ibidem jam tot sunt Missæ ut antemeridianum tempus non sufficiat eis persolvendis.

In precibus quadraginta horarum, quæ per Patres Capucinos habentur in templo Capellæ intra hebdomadam sanctam

P. Carolus Bruxellensis filius Principis Arenbergii sermonem habuit coram Ser<sup>ma</sup> Infante et aula, et sumpsit pro Athemate illud capitulum quo utimur in quadragesima, Inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes Domini et dicentes, parce Domine, parce populo tuo, et de facto flectebant genua ante altare sine ullo pulberari. Tres Ill<sup>mi</sup> praesules scilicet Ill<sup>mus</sup> Dominus Nuntius apostolicus Joannes Franciscus a Balneo, Ill<sup>stris</sup> D. Jacobus Boon archiepiscopus Mechliniensis et archiepiscopus Casariensis magnus ceremoniarum Luxe Celsitudinis.

Lego 5 Aprilis noctu in armamentario castrorum nostrorum ante Fredam incendium horrendo fragore atque omnibus ad arma vocatis excitatum fuisse proditione cujusdam transfuge: ad quod restinguendum ammonarii, nautae, aurigarii et alii magno numero concurrerunt, milites vero hostem adesse rati ad munitiones exteriores properarunt, saltem recorder ad 6 Aprilis hic Bruxellis preces publicas indictas et V. Sacramentum in altari expositum, quod dicebatur praelium committendum, hinc quidam suos sollicite privatim commendabant, quos praelio interfuturos praesumebant.

Res domesticas non nihil attingamus: in principio Aprilis statim post festa Paschalia domus anterior (quae pro antiquitate fatiscabat, nec sufficiebat pro hospitibus advenstantibus) dejecta fuit cum porta, et fundamenta modica jacta per P. Leonem pro alio edificio eruta, atque aliud edificium plane egregium altum et solidum hac aetate constructum est aconomia maxime P. Pirio D. Brunonis d'Outelair adjunctus liberalitate Comitis de Croix, D. Brunonis Copenhagen religiosi professi hujus domus, et praedecessores reliquerant illi

albos lapides erutos ex fodina vel ex destructa domo in Schuet. In hoc opere plane se ostendit vicium et magnanimum, cujus exemplo excitati Prior Gandensis et Prior Buxestensis tales domos hospitum excitaverunt in suis monasteriis.

Tabula altaris Capituli in qua depicti sunt primores Patres Ordinis nobis a P. Petro Leone relicta inclusa fuit suis marginibus ligneis per serrenarium hic tunc hospitalem et serie apposite fuerunt ad omnes fenestras cellarum per quas nobis ministratur secundum morem provincie Picardie, quod valde necessarium erat in hac domo, ad quam magna est frequentia populi et propter fures.

Inter maximos belli apparatus, Jacobus rex magna Britannie &c. Martii obiit.

Non multo post nempe 23 Aprilis Mauritius princeps Auriacus Comes Nassovius Hagæ Comitis expiravit, qui dicitur in supremo vite spiritu B. Virginem Aspriollensem repetitis vicibus inclamasse, quod cum audisset pseudo verbi minister, qui ei assistebat eum reprehendit dicens: quid, inquit, Excell<sup>me</sup> Princeps in ultima vite periodo fidem mutare intendis. Tacuit ad hæc verba miser Princeps, et post silentium medice horæ rursus suspiravit et dixit, O Aspriolis quam mihi gravis efficeris, ibi enim nostra fides frequentibus signis et miraculis comprobata fuit. Hoc illi quodammodo prædixerat noster Gerardus in martyrio B. Justiciæ sic eum alloquens:

Namque toparchiam cum Virgine dividit ille  
 Divisum aspreti possidet ille figum  
 Si cænum cur non cælum quoque dividis hostis?  
 Illa erit in mortem (vix tibi, mortipidor.

Sic ejus avunculus Sua Bullonius cum remorsu conscien-

hic obiit, nam in equitudine sua requisivit Theologos Parisienses ut eos audiret de fide nostra disserentes, quod cum factum fuisset conversus ad ministrum dicit, e nebulo decepisti me sed te consolatus est quod tenuisset utramque fidem succedere, sed Deus quo in statu hominem invenit in tali judicial. Talis est mors impiorum anxiosa et praevida, cum noster Dux Albertus tranquillo et pacato animo obiit. Haec prout ab aliis accepi, fideliter retuli de meo nihil addens aut fingens. Neque tamen asserero aut fidem meam interpono.

Capitulum generale celebratum est in Cartusia 28 Aprilis et sequentibus.

Obierunt 57 monachi; 29 Conversi; 9 Donati; 3 Moniales; perimus 88.

R<sup>mo</sup> D. Nazonia archiepiscopus Scithopolitanus et Ill<sup>mi</sup> Cardinalis Farnesii Ordinis nostri protectoris auditor habens plenum monachatum.

Reverendus D. Dionysius Largentier abbas Clare vallis qui non sine opinione sanctitatis obiit in Aurea valle, visitationi dictae abbacie salubriter intendens.

Venerabilis et discretus vir Claudius de Montigny praefectus sacerdotum oratorii in urbe Avelicensi, benefactor domus S. Ludovici prope Noviomum.

#### Ordinatio provinciae

Priori domus Capelle alibi necessario fit misericordia, et praeficimus in Priorem dictae domus D. Petrum Daems professum domus Lyrae et Vicarium domus S. Hugonis, et D. Henricum professum domus Lovanii a P. Visitatoribus in Procuratorem

28 Martii obiit D. Joannes Angelus (de Spenis) professor et alias Prior domus Neapolis et Romae nec non Visitator Lombardiae remotioris: de quo sic in styliata mystico Theophilus Baynaudi de multis iterum ac magis supra naturam operibus patris interventus magni servi Dei Joannis Angeli de Spenis qui fuit Clementi VIII acceptissimus commentarium legi omni fide conscriptum.

institutum confirmamus, et D. Andreas Lints profusus domus Lovanii vadat ad domum Sylvæ S. Martini.

Priori domus Lyxæ alibi necessario fit misericordia, et præficimus in Priorem dicte domus D. Franciscum Schotte profusum domus Lovanii propterea a Prioratu domus Capelle absolutum.

Priori domus Sylvæ S. Martini non fit misericordia et D. Christophorum (Heet-Velde) profusum domus Lovanii ibidem super annum a P. P. Visitatoribus Vicarium institutum confirmamus.

Et D. Cornelius Ponberghen ibidem profusus est, ad domum Brugensem prout petit.

Et D. Joannem Berbloq profusum domus Gandavi sub spe emendationis liberamus a carcere salvo Ordinis disciplinis, et aliis suspensionibus ad tempus relictis arbitrio P. P. Visitatorum. (Post paucos annos rediit ad vomitum, atque in Hollandia violento fato miser de medio sublatus est; sic impius et reprobus quamvis resurgat quandoque rursus tamen alia occasione concidit, et tandem post multas labendi et resurgendi vicissitudines damnatur.)

Priori domus Lovanii non fit misericordia. Et J. Partholomeus Claerbois ibidem incarceratus cognoscat culpam suam, et discat modestius et reverentius de suis superioribus scribere et loqui. (Et hic multas lites et molestias fecit Ordini et adhuc transfuga vagatur per orbem, sicut novissima.) Nunc mente motus degit in vinculis. Casa 44 v.

Novella plantatio  
Antuerpiana.

Novelle plantationi Antuerpiensi præficimus in Rectorem D. Guilielmum profusum et Priorem domus Lyxæ propterea a præfato Prioratu absolutum; quem monemus ut nihil disponat in negotiis gravioris momenti sine consilio P. P. Visitatorum, quibus

committimus ut quamprimum certos ei religiosos adjungant, quos ad tanti operis inchoationem et salutarem promotionem judicarent aptiores.

Predictus S. Guilielmus Rector ex domo Lyrana adduxit secum S. Henricum Buseghem comprofessum suum, quibus adjectus fuit S. Gerardus Eligii professor domus Bruuellensis tunc Vicarius domus Sophie, quem de initio hujus plantationis audiemus disserentem, sic enim scribit in annalibus domus Sophie:

Cum sub P. Simone Capperio abhinc decennio status domus parum ex voto procederet, et syndicus minus fidellem se probaret, ac denique domesticus et privatus quisque non optimis moribus esset: zelo Dei percitus P. Joannes Emmerichius ut mature rebus opem ferret, abdicavit se Prioratu domus Bruuellensis, et hujus curam serio complexus adducta secum selectissimorum religiosorum colonia, relegatisque omnibus et singulis per Capitulum ad alia loca P. Simone ad Prioratum Brugensem alio alio; studuit collapsam domus disciplinam revocare. Habebat autem B<sup>rum</sup> urbis episcopum S. Mariam sibi addictissimum, et in opus Cartusie reedificandæ vel construendæ novæ; vel applicandæ domus fratrum et seminarii sui simul in idipsum satis propensum, potuitque auspiciis ipsius aliquid fieri nisi mors spes omnes et res ab ipso conceptas succidisset. Nilominus Priorem spes adhuc permaxima semper alebat obtinendi loci qui non ineptus futurus erat, aptaque poterat, et ad formam Cartusie redigi. Erat is de quo jam diximus domus fratrum quos vocant.

Hieronymianorum, cui contiguum erat Reverendissimi seminarium, uterque locus vastus et venalis. Sed nescio quo fato nostro, id est tergiversante semper providentia divina, post frustraneam aliquot annorum expectationem spes omnis et sollicitudo nostra semper delusa est. Quocumque autem Dei consilio frustratio talis protracta sit, fortassis e re nostra fuit, et vero visum est nobis aliquando propheticum istud dictum a Domino: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus (in hac urbe nempe) nec memor ero nominum eorum per labia mea. Junge quod sequitur et dic, Dominus pars hereditatis meae et calicis mei, Tu es Domine qui restitues hereditatem meam et Cartusiam Ordini funes ceciderunt, michi in praclaris, etenim hereditas mea praclara est, michi.

Eminvero videtur in nos non oblique dictum, quod multiplicatae sint et infirmatae saepe ac rejectae preces et libelli supplices nostri, quos pro domo et area fratrum obtulimus, ac ideo justa infirmitate id est indignatione commotae posuerimus accelerare discessum, et ab urbe funditus nos abrumperere, sed et acceleraverunt negotium negotiatores tres non somniculosi, qui velut ex sparteis filis funiculus triplex, et ex composito conspirantes non facile dissolventur. Quorum

P. Emmechoerus unus et ipse praecipuus hic in cuius nomine vertitur cardo domus nostrae; cum haberet ex distractis et venditis bonis iis quae erant in Gheldria numerosam pecuniam, et ex rara, quae in fundo est parcimonia praecipue nec applicaret eo quod in omnem fortunam semper intentus expectaret beneplacitum suum o Deus et nutum, speraretque non visurum se mortem

nisi videret a se reedificare domum, ad quam profecto prompta fuit opus et presenti pecunia, quæ nusquam et nunquam promptior est, quam in arca, sed provinciarum Patres nostri tam longas moras pertesi stratagemate quodam commentoque pio sunt usi, quo perierunt hærarii ipsius inexcusable claustra (nam custodiebat et incubabat parto strenue; sicut de hortis Hesperidum fama vel fabula est, quod hortorum illorum porris aureis custodiendis draco perditus et penarum invigilet). Hæ fere custodiebat hærarium suum melior aliquanto questor, ut ipse de se fateri dignatur quam fenerator. Hæque passus est pias insidias non uno tempore, nec ab uno homine, sed a duobus ab hoc ipso D. Willamo Lyvano Piore, et D. Commissario d'Outelair Bruxellensi, qui eum eoque distraerunt, ut usque ad licitandum ac emendam denique decuriam totam donorum in urbe Antuerpiensi pertraxerint. Venit locus 40,000 florenorum et amplius. Adiecit autem P. Rector et suam domum pretium quod ex ea vendita conflavit (fuit fere quatuor millium nummum) adiecit huic novæ suæ molitioni. Cujus diligentia et instantia quotidiana locus non parvum accepit ornatum, et ornamento speratur urbi futurus si Deus prosperaverit cursum cogitationum et vite P. Rectoris. Domine bene prosperare. Benedictus omnis qui venit ad hanc domum in nomine Domini. Benediximus illi de domo Domini, Deus Dominus

P. Emmechoven ex venditione bonorum D. Aegydis Beckhe, quæ sita erant in Gheldria conflavit summam 40,000 florenorum quam applicavit fundo emendo in civitate Antuerpiensi anno 1625, superadditis aliis quadraginta millibus ad emptionem reddituum, et aliis viginti millibus ad redemptionem onerum, et redimibilium itidem reddituum. Hanc autem supererogationis pecuniam collegit ex re rustica et aggregata, et ex illa, quæ rara dicitur in fundo parcimonie et demissis a sua domo religiosis: hæc ex quadam alia scedula descripsi.

et illuxit nobis. Constituite diem solemnem in condensis frondibus et ramis arborum usque ad cornu altaris, ut in eo sacrificium primitivum offeratur Domino. Obtulit quidem primus in hoc loco sacrificium abhinc fore sequiamur P. Emmechorius presentibus, et in loco communicantibus S. Lanson, et aliis non paucis initiatoribus et benefactoribus amicis, sed cum congregarent vocatos suos in unum Dominus, forte celebrius offeretur illi sacrificium, pendente semper et adhuc currente hoc auro sacri jubilei anno, solventque vota sua et laudem dicent Domino, qui vocati fuerint in remissionem peccatorum suorum.

D. Gerardus. Quorum nos novissimi, et ego (si superis et superioribus placet) servus nequam vocatus sum, ut edificem nimirum Japoniam in sanguinibus, et porro profectus sum iniquis feriis S. Joannis Baptistae sicut olim primitivi Patres nostri ad montes Cartusiae duce et ductore S. Patre nostro Brunone: non habemus talem viam aut vite ducem. Sed Ave o puer qui plusquam propheta Altissimi vocaris precibus atque utinam, ante faciem nostram, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum, qui vias obsident, liberati serviamus Deo soli cui laus et gloria.

In locum (quia per partes emerunt) fecerit expenderunt sexaginta millia florenorum prout intellexi, et circiter tria millia florenorum illis assignata pro redditibus maxime ex bonis Domine Aloydis Peckie fundatrix domus Sophiae, et Domini Arnoldi de Herlair mariti ejus, quae erant in Geldria situata, et speciali gratia ordinum (mihi fallor) P. Emmechoven vendiderat, proinde memoria eorum in originibus Cartusiarum Belgii ecclesiarum praeperam in calce originis domus Lyrae ponatur, quae ad novam plantationem Antwerpianam referri debet.

In domo Eboracensi Scalæ cæli V. P. D. Basilus de Faria profes-  
sus et Prior ejusdem domus qui fuit cantor et canonicus sedis  
Eboensis, et præfuit domo Ulyssiponensi ab anno 1613 usque  
ad 19 Octobris 1621 in qua fuit electus Prior domus suæ pro-  
fessionis, vir certe omni laude dignus qui postquam incredibilem  
litium turbinem, quæ hanc domum (scilicet Ulyssiponensem)  
summo opere affligebant, miro modo redavit, incepit gradum felici-  
cissimo fabricam hujus novæ plantationis quæ quotidie maxi-  
mum reddit incrementum et in Domino speramus semper  
ulteriore fructum esse reddituram; hæc D. Bernardus Gort  
successor ipsius in prædicta nova plantatione Ulyssiponensi mihi  
per litteras familiares.

Et ne recedam a regno Urbanus VIII hoc anno sacro ju-  
bilæi 29 Maii retulit in catalogo Sanctorum S. Elizabetham  
cognomento Pacificam hujus regni Lusitanix laudabilem regi-  
nam, quæ æmulata raram avi sui Jacobi primi Aragonum  
regis cognomento expugnatoris in Deiparam pietatem) quippe  
in cujus honorem bis mille ecclesias fundavit et dotavit) hebdo-  
modario jejuniis sabbatis sanctissimam Dei genitricem  
venerabatur. Cui obsequio remunerando beatissima Virgo innu-  
mera sanctorum angelorum et Virginum stipata multitudine egro-  
stanti se consolatricem exhibuit: cujus dulcissimum nomen sæpius  
ingeminando inter hanc orationem: Maria Mater gratiæ,  
mater misericordiæ, in nos ab hoste protege et hora mortis  
suscipe, sanctissimam animam efflavit.

In Rogationibus rursus indictæ sunt preces communes  
et publicæ per triduum, nec sine effectu nam sequenti heb-

domada cum putarent inimici succurrere. Prædæ cæsi sunt quod historicus sic narrat:

Hollandi ut denuo experirentur an urbem obidione liberare possent die (10 Maii) Donga cum novem millibus peditum, duodecim tormentis, et omni genere armonæ egressi, et scalas aliquot nigro colore obductas secum ferentes usque ad vesperam diei 14 hujus mensis in campo instructa acie steterunt: quo tempore totus exercitus absque tympani pulsu progredi coepit. In primo agmine erant aliquot centurie militum cum scloppetis quos sequebantur fessores: proximi ab his erant princeps Henricus et Comes hormanus peditibus incedentes, post quos equi ipsorum ducebantur, tum totus exercitus instructis ordinibus et denso agmine sequebatur, qui omne munimentum Heidanum recta petierunt. Una ante lucem hora equitatus ab uno latere in castris Hispanicis tumultum excitavit, et versus modo dictum munimentum impressionem fecit. Tunc capta ab Hollandis duo propugnacula, et unum munimentum ex quibus Itali, qui in illis suas stationes habebant, expulsi fuerunt. Germani autem qui proximi erant illis subrenerunt, et tanto impetu Hollandos adorti sunt ut eos rursus inde exigerent. Ex scloppetariis quadraginta, nec pauci ex Anglis, qui fortiter dimicaverunt, donec pulvere et glandibus destituerentur, nec non prefectus vigilum et duo centuriones atque ita fere centum ceciderunt. Ab partibus Hispanicorum centurio Italus et aliquot milites partim cæsi partim vulnerati fuerunt. Atque ita primus hic principis Henrici conatus successu caruit, qui cum exercitu in sua castra retrocessit, nec propterea sinisterum judicandum erat omen sui regiminis.

Verum in festis Pentecostes preces publice indictæ fuerunt ad S. Gudulam ex mandato Summi Pontificis, illi unaquæque paræcia et religionis ordo suam habuit stationem et horam assignatam ad orationem vacandum per Aiduum, et Ser<sup>ma</sup> Infans cum tota aula primo die sub vesperum permansit in oratione tres integras et solidas horas, Patribus Societatis assignata erat etiam hora cum sodalibus B. Virginis quos publice pro concione monuerunt ut sigillatim ex domo sua unusquisque ei accederet se non habere in more processionæ incedere, studiosi nihilominus congregati eo se contulerunt et habebat unusquisque candelam ardentem in manu. Operæpretium duxi describere hæc epistolas Archiepiscopi Mechliniensis ut intelligatur status Ecclesie huius temporis.

Jacques par la grace de Dieu et du Saint-Siège apostolique archevesque de Malines à tous ceux de son diocèse et en particulier à ceux de cette ville de Bruxelles salut. Notre Saint Pere le Pape par son Bref adressé à tous les Patriarches, Archevesques et Evêques de l'Eglise catholique et par ordre de Sa Sainteté aussi naguères envoyé particulièrement à nous déplore d'un cœur vraiment paternel et outré de douleur les maux dont le courroux de Dieu menace et afflige l'Europe par les guerres ja commencées en Italie et aux environs, les efforts des ennemis de l'Eglise et de l'empire en Allemagne, les troubles sanglans de ces pays-bas nostre chère patrie et autrement au grand dommage de nostre sainte religion, contre laquelle les hérétiques se vantent parmi ces furieux remuemens de se prévaloir des armes non seulement des infidèles mesmement estoignés et Barbares, mais aussi des propres enfans

de l'Eglise catholique. En ses grandes maux Sa Sainteté brulant de charité et compassion serventue par toutes sortes de moyens tant que spirituels que humains pour nous ayder, et sur tout pour esteindre le feu de dissention allumé entre les plus grands princes chrestiens si nuisible à l'Eglise. Mais comme toutes les diligences et efforts des créatures sont vains si Dieu ne les conduit et mène à bonne fin desirans à cela comme nous sommes tenuz d'obéir au commandement de nostre Saint Père porté en dites lettres, et satisfaire aussi à nostre devoir, nous vous exhortons, et conjurons tous avec la plus grande affection et instance que faire ce peut, de vous addonner courageusement, et avec le zèle et confiance requis en telle nécessité aux saintes fervens et assidus oraisons accompagnés et animés de vraye pénitence et œuvres de miséricorde pour appaiser et esteindre l'ire de Dieu enflammé par nos péchez, etc. Indulgentia 40 dierum concessa eis qui orationi interessent. Datum 20 Maii 1625.

Et nos quamvis non obligemur fecimus orationes per hoc triduum post vespas, et ante Missam supplicationem cum N. Sacramento.

Res est anno 1512 cum Helveti et Rheti Ducatum Mediolanensem Gallorum manibus Maximiliano juniori Duci Mediolani restituerent, ille gratitudinis ergo Helvetis Comitatum Bellentinum, et prefecturas Locarnensem, Luganensem, Mendrisianam et Mœnivallem; Rhetis autem vallem Cellinam, Comitatum Wormsianum et Clavennense in perpetuum donavit. Quoniam vero quidam prefecti a Rhetis (qui nunc Lutheranam sectam sequuntur) in vallem Cellinam

missi potestate sua abusi sunt, catholicos incolas vexantes hi refugium habuerunt ad praesidem Mediolanensem et Austriacos qui plura loca ac ditiones Rhodis abstrulerunt: ut catholicos a jugo haereticorum eriperent, et libertate donarent; sed quoniam Rhodi confederati sunt regis Francie, qui se opposuit. Quare rex Hispaniae vallem Cellinam tradidit Pontifici tanquam sequestro: nihilominus sub finem precedentis anni rex Francie misit Marchionem Essexium cum copioso exercitu, et ex dictis locis Pontificium prefectum Marchionem Ragnium (fratrem nuntii apostolici tunc in Belgio degentis) et praesidiarios milites expulit.

Cum hujus novi belli incendium late serperet nec exiguam calamitatem toti orbi christiano minaretur Pontifex pacis consilia inire coepit, atque imprimis regem Galliae et Hispaniae per amplissimam legationem ad eam hortari voluit. Ad hanc legationem designatus fuit Cardinalis Barbarinus, qui hoc tempore se ad iter accinxit ut simul ecclesiastica et politica negotia tractaret, et recta Massiliam petere constituit. Ei adjuncti fuerunt episcopus Ripatransonus tanquam secretarius: Pamphilus Pote auditor proter graecus theologus: et proter Fabianus de strata Historicus.

Idem Pontifex Urbanus VIII edictum (cujus supra facit mentionem archiepiscopus Mechliniensis) Romae publicavit, et alibi affigendum curavit, in quo patriarchas, archiepiscopos et episcopos Romanae catholicae Ecclesiae hortabatur ne propter haeresim invalescentem animum desponderent, sed ut ei occurreretur, et ditiones atque homines ab interitu conservarentur Deum, qui soepe in nube se abscondat, ardentibus votis invocarent et

pro religione catholica cum alibi tum in valle Cellina inuigilarent.  
Bullam descripsi infra sub hoc anno.

Secundum hæc nuper cum pleno consensu totius apostolici senatus decrevit curam suam pastoralem pro universali Ecclesia christiana per solemnem legationem testatam facere: ad quam elegit Cardinalem Barbarinum, dilecti sui fratris filium: qui propter consanguinitatem munus a patre ipso demandatum procul dubio majori auctoritate executurus videbatur. Neque potuit suum amorem et etiam paternam erga Ecclesiam clarius demonstrare quam dum hanc legationem ei commisit qui tam arcto consanguinitatis vinculo ipsi junctus atque eo nomine ipsi precarius est. Omnibus igitur persuasum esse volebat se tanti momenti negotium de pace hoc tempore restituenda, quo omnes fere populi et gentes in armis sint illi non fuisse demandatum, nisi sibi certo constaret quod gloriam Dei et hominum salutem sibi unice commendatam haberet, et istum maximum thesaurum deputaret, quem ecclesiasticus Princeps sibi comparare posset. Itaque ipsum hoc iter ingredi, et ad potentissimos Europæ principes proficisci eo fine ut optatam inter eos pacem et concordiam sanciat firmum firmamentum publici boni et tranquillitatis ponat et afflictam Christi Ecclesiam recreet.

Be X Be Da M Cep 14 q 1111a Vall que incidit in octavas V. Sacramenti in cuius solemnitate vigilia primum colloquium habitum fuit de reddenda civitate pro qua re toties illud in altari expositum et in processionibus delatum ac denique infirmis in sacrificio Missæ consecratum et Deo oblatum fuit. Plusquam novem menses sedit spinola princeps militiæ

ante predictum oppidum, et de eo præter multorum expectationem triumphavit quod non tantum Ordines operam et studium impenderint, ut vel annonam urbi invehent, vel eam obudione liberarent, sed etiam quatuor potentes reges aliquæ principes orbis christiani eidem urbi subsidia tulerint, et militem atque pecuniam submiserint qui tamen oleum et operam perdidērunt nec Hispanicam exercitum ab urbe obsessi depellere potuerunt, et tandem eo usque perducta fuit ut rei fumentarie inopia deditiōnem facere cogeret, et ejecto Civitatis presidio Hispanicum illius loco introduceretur cui Baro Balanconius præfectus fuit.

Die 13 junii Leris. Infans Brucellis primam castra deinde Bredam venit, cui ut merito maximus honos habitus est. Surrexit igitur nova Deltora surrexit et locuta est cantium, surrexit novus Barac et testatum fecerunt, de celo dimicatum esse contra hostes suos. Ingressi enim Bredam prius Deo victorie auctori sacrum et laudes solennes in gratiarum actionem fieri jusserunt, quam festorum ignium hilaria sibi excitari permiserunt. Deinde intraverunt et viderunt grande palatinarum adium illud miraculum, cui forte nihil est par in Belgio nec secundum.

Utque civitas religio ea in urbe restauraretur anniversarium sacrum in sanctissimi Sacramenti reversionem fieri instituit piissima Princeps, quia in profecto sacratissimi corporis Christi de deditiōne Bredæ tractari primum captum erat. Patribus Capucinis ad emendam Bredæ domum in asceterium convertendam quatuor florenorum millia et sacerdotibus Societatis jesu

quinque millia ad sublevandos emendi collegii sumptus eleemosynæ nomine erogavit. Veteri virginum cenobio et Ginekensis templi quod Claudio Deo Mauritius concesserat ruinis restaurandis magnam pecunie summam numerari jussit, præclaros tanti triumphi fructus se colligere deputans, dum in iis quæ pietatis sunt et religionis promovendis expensas facit.

Pietatis officio defuncta Princeps militum animos (quorum feracitate ex urbium mœnibus impetus eliminatur) sibi arctius vinciri etiam sua liberalitate studuit, cuiuslibet ex castris militi stipendium mensis integrum persolvi, et vestes ad decem millia donativi nomine largiri imperavit.

In eandem sententiam alius quidam sic scribit: Aestis mihi, et in æternum toti orbi, qui pro ea commotus fuit, una Breda erit, quam ut obsessam liberarent rebelles sui, celum. Aëramque quin et ipsum Acheronta, flectere dum superos nequeunt, moverunt: animo tu semper ægra in hoc necessitatis vere magnæ articulo, et sollicitudine semper suspensa de catholici regis exercitu, deque unius urbis salute fuisti; utque divinam cum ducibus tuis militiam haberes dum illi ferro urbem cingunt, tu precibus non unum, sed multiplicem Holofernem velut ab Aera Judithæ subegisti; et una cum illis urbem fame hæresi, obsidione liberasti; sinceræ religioni, pristinae pietati, et veræ libertati restituiisti, adeo ut tuæ pietati prima hujus victoriae laus omnium calculo debeatur, et vincere non vinci tam sanctis moribus principem oportuerit, quæ suo exemplo ad idem pietatis certamen omnes suos subditos attrahit, si tamen trahi postulerint sponte ad hanc prodromam currentes. Audi igitur posteritas et magnis litteris rem magnam scribe

Gratiae Trallica Hispaniarum VIII Infante et Xpignata ProDa est.  
 Quod etiam testatur Summus Pontifex Urbanus VIII epistola ad  
 ipsam data:

Urbani Pont. Max. littere ad archiducem Trallicam.

Elevavit Dominus potens in praelio brachium suum super gentes  
 quae cogitabant servis suis mala et dextera omnipotentis glorificatur  
 in vobis. Triumphantes gaudio ob clarissimam Breche expugnate  
 victoriam, ejusmodi elogio alloquimur nobilitatem suam, quae  
 mulieribus virtutis laudes supergressa ad propugnationem religionis  
 orthodoxae feliciter convertit arma Austriacae potentiae. Dimicavit  
 militia celestis exercitus in castris tuis; et bellicae fortitudinis con-  
 stantia docuit nobilissimas nationes, ad tam insignis obsidionis spe-  
 ctaculum commigrantes, nullam arcem in terris tam validis  
 opibus ac propugnaculis muniti, quam celestibus auxiliis armata  
 castrensium virtus non expugnet. Decertastis cum hoste periculum  
 contemptore, et inauditi terroris artifice ipsum e carceribus  
 suis immittere in Austriacas legiones meditari videbatur Ceca-  
 num. Fluminibus orientibus maritima ostia conclusit, ut  
 castra nobilitatis tuae novo veluti mari superfluo absorberent. Ceci-  
 derunt impii in foream quam fecerunt, et Dominus regna-  
 vit. Arctis sedibus tumultuantes fluctus cohibuit Oceanus, et  
 abierunt in sicco flumina. Gratulamur tibi victoriam totius eccl-  
 siae votis expectatam, cui Roma nationum omnium mater plaudet,  
 quam historicarum testimonio consequentibus seculis ostentabunt.  
 ea vero quam bene utatur nobilitas tua, ex famae voce, et ministro-  
 rum nostrorum litteris accepimus. Nisi Dominus custodierit civi-  
 tatem, frustra stationes militum ~~tuarum~~ tuarum in aggeribus excu-

bant: ille vero angelorum legionibus eas vires armat in quibus catholica fides, custos publicae tranquillitatis dominatur. Scimus quam sollicita pietate, et quam prudentibus actibus cures ut e Bredensibus populis eliminetur haeresis, parens perfidiae, et seditionum nutrix. Quare cum locum minime relinquis pontificiis hortationibus merito laudamus et extollimus nominis tui gloriam et accuratissimis precibus commendamus Deo nobilitatem tuam, ut ex tam salutari triumpho eos fructus percipias, quos optat Ecclesia, et formidat impietas, tibi que apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9 Augusti 1625, Pontificatus nostri anno secundo.

Dilecto filio nostro Alphonso sanctae Romanae Ecclesiae presbytero Cardinali de la Cueva nuncupato.

Urbanus Papa VIII.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Postremas litteras tuas fuisse sensimus aureas illas phialas plenas odoramentorum, quae caelestium animos oblectant et mortalium exigitudines consolantur. Respiravimus aliquantisper in altitudine venientis maris fluctuantes, ubi in Bredensi urbe adproximus triumphantem religionem. Non obliviscitur Deus misericordias suas et principibus caelum propugnantibus legiones angelorum. Certe victoria ista inter tot conjurantis impietatis opes quae sita est, ut quamvis illustre in omnes aetates futura sit documentum bellicae fortitudinis, omnipotentis Aemulorum bellatoris beneficium habeatur. Edomita enim est non solum hostium vis, sed etiam saxita fluminum. Nunc autem praeclearas tanti Triumphus fructus Austriaca Princeps colligit, dum validis viribus religionem munit, et haeresim exarmat. Neque

sapientius id curari posse arbitramur quam sacerdotum officio et  
 actibus earum religiosarum familiarum, quibus in recuperata urbe  
 cenobia patefecisti. Tibi vero peramanter benedicimus qui primus  
 plaudentibus angelis et gaudente Ecclesia tremendum sacro-  
 sanctæ Mariæ sacrificium in iis aris peregisti, quas nuper  
 heretica temeritas violarat. Porro autem laudamus pietatem tuam  
 cum Romane purpure coronatus splendoribus te ipsum in  
 presenti opportunitate dignum tanto sacerdotio præbes. Pia con-  
 silia possunt te in hujus triumphalis gloriæ societatem addu-  
 cere. Militum enim fortitudo impietatem ex moenibus ur-  
 bum exterminat, sacerdotum pietas ex animis populorum. Con-  
 tum nomini tuo decus exoptantes patrocinium nostrum tibi  
 peramanter pollicemur. Datum Romæ apud S. Mariam Ma-  
 jorem sub annulo Piscatoris die 9 Augusti 1625, Pontificatus nostri  
 secundo. Joannes Ciampolus.

Dilecto filio, nobili viro, Marchioni Spinola  
 Urbanus Papa VIII.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem et apostolicam benedictionem.  
 Triumphat cælum in victoriis nobilitatis tuæ, cujus palmæ  
 sanguine hereticorum nutriuntur, et catholice religionis caput  
 coronant. Præda expugnata monumentum erit nationibus atque  
 ætælibus universis bellicæ virtutis tuæ. Discet orbis terrarum  
 hoc etiam tempore in Italia nasci eos duces in quibus Cæsa-  
 rum, et scipionum gloria reflorescat. Domuisti hostes pollentes  
 opibus, feroces ira, et contemptores mortis. Flumina oclusis  
 hostis jussa sunt cursum mutare, et agmina indignantium,  
 aquarum convertere in castra nobilitatis tuæ. Perdomuit omnia  
 favor cæli, et fortitudinis constantia. Certe quam Austriacæ

1625

potentia urbem praeiugerat proditio metuens luas, et in dolosis latebris  
 delitescens, eam pro nobilitate suam recuperavit iustus et ingenium.  
 Hic in secula Bredanae obsidionis memoria, atque ab ea artes bellandi  
 in exempla fortitudinis discent. duces posteritatis. Inter praesentes Halix  
 tumultus et principum dissidentium procellas e Breda recepta adeo  
 laetus hic divinae clementiae radius pontificis sollicitudinibus affudit,  
 ut de sancti auctore boni apostolicarum litterarum testimonio or-  
 nare decreverimus. Patrocinium nostrum iterum pollicentes nobi-  
 litati suae, cui diturnae vitae robur precamur et apostolicam  
 benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Ma-  
 riam Majorem sub annulo Ducatoris die 9 Augusti 1629, Ponti-  
 ficatus nostri anno secundo. Sig. Joannes Chianpolius.

Chronographicon

Ambrasi Gpno Lre Vlglliant la breDa eXpVgnata

Aliud in templo

Phllipppvs Hispaniae rex

qVberante

IsabeLia Clara Evgenia

Infanta

obstDente GpnoLia

qVaternis regibVs fVstra

ConVranstibVs

BreDa

VICTor pot14Ve

Aliud

breDa

eXpVgnata nate reCVerata faMe



Præda videretur. Sed facilius tamen clausinus hortem, quam tenui-  
 mus: sero tandem e humido timidus, quia spes quoque sup-  
 pretiarum præcisa erat, necessitati pertinaciam submitit. Quam  
 sedula in omnibus ac sollicita Eugenia! ut animos suis et pa-  
 scientiam laboris adderet, arma et alimenta, difficili quamvis  
 itinere, continuo subministravit: quæ quoties mitteret, novam  
 semper victoriam adeptæ est, quasi hostes Prædam expugnaret.  
 Quoniam ab ære magis et hyeme, quam ab hoste damna erant,  
 totum fere exercitum vestit; ut quotquot obirent excubias mi-  
 lites, adversus ventos et imbres armati starent. Et quænam  
 igitur hæc Princeps? Bona ubique, et ipsa bonitas: pia ubique  
 et sic ubique simul prudens: bellum gerens, ut multis beneficeret, ab  
 ea potissimum virtute triumphæ orsa materiam, qua nos servaret.  
 Quam propitius vero Deus fuerit celum et elementa ostenderunt.  
 Hostes, et ipse gravis semper autumnus, castus nostris salutaris, ubi  
 pestilens. Hiems fere sine nivibus, sine gelu, quamdiu pleno  
 aggeres opere muniti non essent: acris mor et flumina constin-  
 gens, cum suppetias, missis navibus hostis tractaret. Quid mani-  
 festius? Mari quoque expectabantur auxilia, et ecce Neptuneus  
 paulo ante tranquillus, tanquam infestas exsecraretur  
 naves, æstu subito concitari cepit, et in iram agi; venti in  
 contrarium flare, classis disjici, et affligi: ubi naufragia non  
 erant, erant tamen funera, et a novis, nascentibusque tum-  
 primum morbis qui in Ducis ignominiam Mansfeldiani ap-  
 pellati. Obstupuit Mauritius, et quia frustra tentabat omnia,  
 quantum jam non posset, coactus est fateri. Cessit, ut  
 sic dicam regi, quam deseruit, morbo ac merore, ut plerique

volunt, confessus, et fortunam suam et gloriam in una urbe, quia  
sua, victam esse. Hic orsus militiam erat, hic quodammodo de-  
posuit: hic victor aliquando leto auspicio, hic victus tristi ex-  
itu; ut vivere et felix esse simul desineret, reliquam belli  
fortunam fratri commendaret. Quid Eugenia? Urbem quam  
cepit, ingressu suo recreare voluit: sed nulla lætitiæ signa  
nisi solemnè prius sacro notitiam Deo offerret, admisit. Diceret  
Triumphum omnem Numini consecratum esse, prius religionem  
quam militem in urbem intrasse prius Dei recilla, quam  
regis illata esse. Sed quæ Dei et regis erant: causam Dei rex  
ipse: regis optima, et ubique pietatem professa Princeps egit.  
Quemadmodum læta venerat, ita liberalis discessit. Militi in  
castris stipendia data, quibus donativam rursus restitutum accessit:  
decem millia novo cultu, et ornatu squallorem obidionis exue-  
runt læti jam laborum, et quasi victoriam sua quoque pompa  
ovantes insignirent. Hæc igitur Breda est vetus Nassoviorum  
patrimonium, munimentum Mauriti: quam captam nemo  
esse credidit etiam cum scivit. Hæc etiam Princeps est, quæ  
capere suis Bredam auspiciis potuit; an quia fortis? imo  
quia pia fuit; an quia pia? imo quia fortis: nihil unquam  
complexa animo, nisi quod pium esset, nisi quod singulare et  
magnum; tam a laude aliena, ut sola conscientia virtutem con-  
scriberet et a fama removeret.

Tota adieci ex abundantè gaudio quod Trabeilla de celo pro-  
seperet civitatem suis auspiciis recuperatam, dum princeps  
Auriacus circa initium Septembris hoc anno 1634 solvit obidionem  
appropinquante Ill<sup>mo</sup> Marchione d'Arztona cum exercitu.

Dum hæc in Belgio geruntur, in Italia Franci duce Lediguero equitum magistro contra Genuenses pro Sabauda pugnant; oppidis aliquot Liguria occupatis. In Britannia de Carolo rege (cujus pater Jacobus 6 Aprilis hoc anno obiit) cum Henrica Henrici IV Francorum regis filia conjungendo agelatur; quod matrimonium Parisiis mense Maio conclusum fuit. Duo mense et Franciscus cardinalis Barberinus a patre suo Urbano VIII Pontifice ad Ludovicum regem missus Lutetiam intravit. Angli et Batavi classe ingenti Gaditanam freti Herculei insulam frustra tentant. Campana in Aragonia vico Villola sponte sua sonat. Vulgo creditum fuit, illo sonitu monitos, fuisse Hispanos ut, contra adventantem hostium classem advigilarent. Godofridus de Bergis a Philippo IV Hispanicum rege Comes Grimberge creatur, Raso de Gaure Comes de Beaurieu ab eodem rege Marchio de Aixeaux in Gallo-Babantia renuntiatur. Didacus Mesma, qui postea Gusmanit cognomen adsumpsit ab eodem rege Marchio de Dinse (quod est Flandriæ municipium ad Liram fluvium designatur. Idem postea Leganesse in Hispania Marchio nominatus Scintam Florentio Merodio Duffela et Lefeldæ Baroni anno 1692 vendidit. — Maireus.

Per biennium intermissi hoc scribendi opus expectans ab externis auctoribus plura adjumenta, sed continuum, et pene universale bellum in respirandi nedum commentandi otium præbuit atque inter arma silentis artes, cum penuriam rerum omnium sed præcipue hoc tempore carte et papæ defectum patiamur: ne darem aliquibus occasionem dissolvendi hoc volumen; rectius judicari illud quomodocumque pro modulo meo perficere et absolere 1696. Et tamen usque ad

annum 1640 distuli; quo nunc post Pascha opus resumere perfecturus cum gratia Dei vel nunquam.

Ger<sup>ma</sup> Princeps Traballa cum toto Comitatu suo aulico Brada Bruxellas reversa medio mense Julii ut interesset supplicationi V. Sacramenti miraculorum, quæ in hac urbe palatina annua peragitur, cui semper ipsa et princeps Albertus sese presentes exhibere solerunt nec diu tamen Bruxellis moram traxit, sed cum principe militiæ Marchione Spinola atque aliis proceribus in Flandriam Dunckerkam se transtulit, cui urbi classis inimica Hollandorum imminet.

In festo S. Jacobi apostoli Hispanorum patrum rursus triumphatum est Bruxellis, et ignes bellicæ indiciæ excitati, pro Brasilea recuperata, quam Hollandi superiori anno intercepterunt scilicet oppidum Salvatoris.

Ad nos redeo in minutioribus mensis Julii Anderlacum de more contendimus, ibi Patres minimi multa nos humanitate salutarunt ad portam sui monasterii, et quia non presu- mebamus intrare oratorium illorum, curarunt adferri arculam reliquiarum, ibi inter ceteras vidimus et venerati sumus manipulum S. Caroli Borromæi, etc.

30 die mensis Julii obiit Lovanii Eximius Dominus Jacobus Jansonius doctor et professor S. Theologiæ, decanus S. Petri non sine opinione sanctitatis fuit autem singularis Ordinis amicus, et fautor Cartusianorum in eadem civitate: ex ejus vita fusius aliqua narranda occurrunt quæ ad historiam Ordinis spectare noscuntur. Defunctus est anno ætatis suæ 78, nam natus est Amstelredami anno 1547 ex parentibus plebeis honestis tamen

et optime catholicis. Scholasticis adjunctus statim ad primum suum introitum integrum alphabetum antea nunquam visum cum magno stupore docentis firmissime didicit ordine recto et obliquo adjunctus firmissima memoria qua per totam vitam quidquid ferme legit, tenuit. Perjucundum erat pluribus videre in tali aetate Jacobi in Aemulo Somini constantem devotionem, gravitatem, venerat in notitiam. Cartusianorum quorum candorem et religiositatem laudare solebat, prout refert D. Gerardus in vita S. Justi his verbis: Is nimirum est S. Jansonius doctor theologus ore et spiritu nemini forte secundus; cui propter venerandam aetatem, et ipsi pene imatam auctoritatem fides omnis debetur. Ipse igitur, qui vestigia extrema superioris aetatis seculi vidit et adhuc vixit frequenter istud grata memoria repetere solitus est, et nostris narrare, quod praetextatus et pene puer vidit exemplum abstracte vite. Reculit autem illud quod cum venerabilis in P. Prior Cartusiae Amstelredamensis pro negotiis urgentibus die quodam delatus esset ad urbem (habitavit enim extra pomeria) et domum parentis prout solebat, praeterisset, munitareturque domi parens illius in extremis agere et jam in mortem collabi, nihil aliud respondisse illum, quam quod nescivisset ad hanc extrema parentem devenisse, sed neque si scire potuisset se parentis causa vel mortui vel morientis ad urbem venturum fuisse. Cumque cogeret inire, et parenti officium humanitatis extremum impendere, negavit posse fieri, sed revertar, inquit, unde necessitasurgens me compulit exire, tumque sine mora pro carissimo parente fundam ad Deum precem in silentio. Vos humanitatis debitum persolvite et mortuos vestros

repetite. Sufficit hoc semel observasse in cartis nostri Capituli  
 generalis, quod et observatum dignum est solitas dari officialibus  
 quotannis 24 aut 25 licentias magnas et totidem parvas, ut pos-  
 sent exire terminos suos super annum. Quod et Janssonius vir  
 affinis isti seculo solebat sectari observatum fuisse, sequae mi-  
 ratum frequenter Priorem Amstelredamensem hujus consuetu-  
 dinis tenacissimum teste P. Emmechorio. An ultimus fuerit  
 ille Prior cujus laudes etiam non retinet D. Petreus in haei  
 verba mihi scribens. Amsterodamensis domus Priorum ultimus fuit  
 P. Theodoricus.... de cujus vite sanctitate ac sobrietate audiri ali-  
 quando ex ore Andreae Braun consulis ~~minimium~~ Harlemensis  
 cui post destructam domum illam Convictor aliquandiu <sup>adip</sup> fuit:  
 quod in honorem passionis dominicæ feriis seatis nihil sit soli-  
 tus cili proturbe sumere, quem constat obisse in domo Mo-  
 guntina circa annum 1589. Cum amorum esset forte quinque  
 et ipsa nocte Nativitatis Christi juxta priscum <sup>de</sup> Ecclesie morem  
 divinis quæ peragebantur interesset, ita ex inopinato fuerit  
 accensus erga mysterium Verbi incarnati quasi pueri Jesu  
 sancta natiuitas ei, ut alteri Bernardo adhuc puero apparuis-  
 set, tenore fidei suggerens, et divinæ in eo inchoans myste-  
 ria contemplationis. Hinc grandior factus Lovanii degens ante-  
 quam decani onus subisset ordinarie in vigilia Nativitatis  
 vespere intererat Cartusianorum, et in iis semper cantabat  
 solus versum In principio erat Verbum, postquam cantor  
 intonasset, et conventus Janssoniusque simul cantassent. Respon-  
 sorium magnum Verbum caro factum est, etc. Solebat etiam  
 Ascensionis Christi gloriosissimum triumphum speciali animi

Vide lib. 1, c. 2.

suavitatem recolorere quo natura nostra ultra archangelorum altitudines æterni  
 patris recepta concessu illius gloriæ sociata erat in Athrono, cujus natura  
 copulabatur in filio, addens aliquando verbum sanum his quos super  
 lubricitate carnis monebat aut carpebat: Recordare o homo dignitatem  
 tuam. Verbum caro factum est, et caro usque ad supremum celi  
 Athronum assumpta est. Missus est enim Lovanium circa annum  
 1564 matris primo sustentatus expensis philosophiæ cursum in  
 prædagio Tori complevit postea in Coll. Adriani sexti buran-  
 rum numero adjunctus ac in intimam familiaritatem Eximii  
 Domini Michaelis de Bay dicti collegii præsidis admissus. An-  
 no 1578 in Bavo S. Theologiæ licentiâ insignitus est, ac ejusdem  
 anni mense Septembri assumptus primus præses collegii (quod  
 Eximius D. Michael de Bay noviter creaverat in loco dicto  
 super Leydam) quod S. Augustino intitulari desiderarat et  
 obtinuerat ex ea, quam gerebat a juventute erga illud præcla-  
 rissimum Ecclesiæ lumen reverentiâ. Hinc pro sigillo sive gen-  
 tilitatis suæ corda transfixa quasi sancti doctoris symbola assu-  
 pit, etc.

Anno Christi 1584, 29 Augusti, fuit doctoralis actus ex  
 personis celeberrimis omnibus gratissimus, candidati erant  
 isti D. Embertus Everaets, D. Henricus Kuyckius, D. Jaco-  
 bus Janssonius, D. Joannes Clarius. Gauderet etsi absens  
 mater se tandem voti factam computem. Eximio Domino  
 Michaeli de Bay ad feliciora vocato Janssonius ei in præ-  
 sidentia collegii Adriani. Anno 1589 successit est eamque  
 continuavit integris 35 annis tanto collegii emolumento ut se-  
 cundarius epus fundator non injuria vocandus sit. Curabat

annus Christi 1598 quo nominatus est a <sup>Geno</sup> Principibus in locum  
 E. D. Thomæ Stapletonii sacrarum litterarum professor regius,  
 magno omnium voto, nec impari suo merito utpote qui  
 in totius Ecclesie bonum jam de divite pectoris sui sim  
 publicaverat eruditissimos in Canticum canticorum et Psal-  
 tium commentarios. Quia vero noverat a S. Augustino dictum  
 tantam christianarum esse profunditatem litterarum, ut  
 in iis quotidie nemo proficere non possit et Aeste Bernardo  
 Scripturas legendas multo magis exponendas eo spiritu quo  
 scripte sunt, idcirco hunc omni orationum instantia, et cete-  
 rarum virtutum ferventiori exercitatione apud Deum ma-  
 jori semper cum augmento promoveri conabatur. Hinc quo-  
 tidiane ille in locis magis solitariis nunc in sacello Virgini  
 Mariæ ad portam Chenensem, nunc in altero V. Catharinæ  
 sacro nunc in Cartusianorum templo nunc alibi ad tres vel  
 quatuor; omnibus autem feriis sextis ad 7 aut 8 horas in  
 seram vesperam productæ orationes, eoque ut plurimum in  
 collegii sui horto aut sacello per integras noctes continue.  
 Idque etiam asperimus hyemis tempore, quo vix aut ne vix  
 quidem ignem ullum admittere solebat. Si autem somnus  
 nimium urgeret, assens lectus erat. Ita ut observatum sit  
 sæpius ab his quos tamon sua fraude fallere solebat, intra sex  
 septimanarum spatium ne semel lectum conscendere. Hæc  
 fere omnia confirmant nostri Patres cartusie Lovaniensis, solebat,  
 inquit, habere claves hujus monasterii et die nocteque  
 intrabat, quodcumque volebat et in devotione sua se exerce-  
 bat in nostro choro sæpe nos præveniens in Matutinis, et

nobiscum usque ad finem perseverans alisque temporibus die noctaque  
 veniebat. nobis absentibus quando volebat, ab altero audiri saepe illum  
 deprehendisse mane jacentem supra mattam ante altare Capituli,  
 majorem familiaritatem inerat cum D. Joanne Gerulpho Vicario,  
 qui sicut erat vir natura sincerus ac conversatione pius ita et eru-  
 ditione profundus Hebraice non minus quam Graecae litteraturae  
 cognitione instructus, nonnunquam apud hunc reconsultabat se  
 Deo doctor Zansonius, cumque obvis religiosos percunctaretur ubi-  
 nam esset in cella responderent, adjiciebat ubique quaeritur Vicarius  
 et semper in cella invenitur, atque dicere solebat: Ego scio  
 quid hauserim apud Cartusianos. Et juxta S. Hieronymi con-  
 silium multitudines hominum et officia et salutationes et con-  
 vivia veluti quasdam catenas fugiebat voluptatum (hoc scio  
 ab expertis, inquit auctor vitae ipsius), verbum ipsius quasi facu-  
 lam arsisse et ad interiora cordis penetrasse, quotiescumque  
 in negotiis animae libebat pondus aeternitatis, nec id in priva-  
 tis tantum conferentis sed in publicis concionibus, quas nunc  
 in minoribus nunc in majoribus ecclesiis pro dictamine caritatis  
 magno cum ardore spiritus fundebat, apud Cartusianos vero  
 nostros saepe et libenter sermonem faciebat in restitutione et  
 professione Novitiorum. Compatiebatur etiam humane fragili-  
 tati, et strictae nostrae clausurae, quapropter modernum spacia-  
 mentum ampliatum multum ipse promovit, et primus cum  
 eis deambulavit, dicebatque eis si propter hoc Piori et Con-  
 ventui indignarentur Visitatores, se omnem culpam in se  
 recipere, et diluere velle et posse, dicens ut libere in eum  
 omnem rejicerent culpam. Sciebat enim scriptum: in die

Epistol. 13 ad Pau-  
 linum.

Eccli. 8.

bona fuere bonis. Danda est interdum lassis remissio: et cum res ac tempus invitat, animum a merore curisque abducendus. Indulgentum est animo, ait Seneca, dandumque subinde otium, quod tranquill. anim. alimentum ac virium loco sit, et in ambulationibus apertis vagandum, ut caelo libero et multo spiritu augeat, attollatque se animus. Aliquando et mutata regio vigorem dabit, comestusque et liberalior potio. Sed ut libertatis ita et vini salubris moderatio est, quemadmodum parce provideque canis aquam Nili sorbellat, ita res prosperas moderate cauteque diligendas.

Anno 1614 ex iuris vocato Eximio D. Jacobo Bayo Ecclesie Coll. S. Petri decano communi totius Capituli consensu Janssonius successor expetitur, hinc remisit Cartusianis decimas agrorum quos ipsi colabant, de quibus tamen postea fuit controversia.

Anno Christi 1620, 10 Junii, in funeralibus Ill. S. Mathie Honii oratione habita domum reversus cepit aetate et corporis molestiis gravari, et integris undecim ante mortem hebdomadibus omnium membrorum usu destitutus lecto decubuit. Cuidam aliquando lecto ejus assidenti dixit: utinam omnes dicant et exequantur illud prophete, In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi: gratias ago Deo, qui largitus est mihi ad lectorem Scripturae et SS. Patrum affectum tempus et qualemcumque fructum sine quo addebat tanto tempore hic lecto affixus quid agerem? Jungebatque alterum nempe se dolere quemdam plurimum studentium abusum, quo fiebat ut novis libris quotidie crescentibus et si bonis non bene uterentur, dum ad hos quasi quosdam rivulos longius deductos omne tempus absumentes sic minutias temporis quaerendis et gustandis fontibus impenderent, ubi

aqua junior et ad sedandos humanorum cordium aestus longe efficacior: ipsas sacras litteras et S. Patres intelligens: Ideo laudabat usum nostrum quo etiam in fectis Sanctorum homilias Patrum pro lecturibus habemus. Rogaverat eum, quidem, quem modum ascendendi ad perfectionem judicaret, quam optimum. Illum, inquietabat, quo anima multa oratione, lachrymis et suspiriis vilificatione sui in conspectu Dei et vivacibus actibus fidei, spei et caritatis ad stabilem divinae benignitatis et aeternae sapientiae gustum crescentibus gradibus pergit et ascendit. Ipse quasi temporis sui discessus exacte conscius noluit ut statutum tempus perveniretur quo dixerat sibi sacramenta Ecclesiae impendenda, quibus perceptis se in altissimo silentio intellectu et sensibus integerrimis quasi in Deum absorptus continuit donec animam Creatori placidissime tradidit Julii 30, hora 11 ante meridiem, corpus autem ejus maximo hominum concursu et plurimis venerationis indicibus opinionem de sanctitate viri conceptam contestantibus honoratum in sacello collegii Adriani Vladatus Eximii S. Michaelis de Bay humulatum est.

Plures passim hoc tempore audiebantur querelae de Summo Pontifice quod Francico nomini plus aequo addictus esset, nam in favorem Henrici IV apud quem Nuntius exortiter cardinalatum dignitatem obtinuit hinc salae interrogationes in initio ejus pontificatus fiebant utrum catholicus esset: respondebatur Christianissimus, cujus responsi vim et energiam probe intelligentes Hispani, hos versus ad insignia ipsius quae sunt tres apes alludentes in lucem dederunt.

Mella dabunt Gallis, Hispanis spicula: verum  
Spicula si figant, vita cum melle carebunt.

Pursus a viris bonis responsum alio disticho:

Urbanum imperium vis decem quale futurum

Dum dominantur apes, copia mellis erit.

Dum per totam Europam variis bellorum apparatus fierent, Pontifex pacis consilia inuit, quamvis graviter lesus a Franco dum Valtelinam apostolicæ Sedis concreditam invasit, maluit tamen illum legatione placare quam arma expedire. Misso in Franciam nepotè suo, qui parum profuit, quamvis et noster Nuntius de Balneo, cuius nepotem Summus Pontifex profecerat Valteline, et rex Franciæ expulerat, accessisset, summis quidem honoribus excoltus uterque atque de manu dicti legati res et regine communionem sumpsissent in festo Assumptionis B. Mariæ mantile tenentibus duce Aurelianensi fratre regis et Comite de Coissons ex domo Borbonica. De restitutione Valteline nihil ibidem actum, quod arbitrabantur Franci, suis rebus et studiis adversam, et tamen Summus Pontifex non poterat honorem Sedis apostolicæ et fidem negligere, hinc in Brevi quodam ad archiepiscopos et episcopos vestus animi sui contestatus est. Et quamvis superius ejusdem fecerim mentionem tamen cum ejus copiam jam nactus putari hic describere ad manifestandum zelum sancti Pontificis.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis Ecclesiæ catholice.

Urbanus Papa VIII

Frates salutem et apostolicam benedictionem. Continua ultionis Omnipotentis exterrent Europam, et, furente discordiarum turbine concutiuntur fundamenta orbis terrarum. Consurgunt principes

indignantibus de solis suis, et nationes ardentes odio sicut sanguinem, et ad arma properant. Armata heresis existimans abscondi non posse acceptum cladum ignominiam nisi in templorum incendiis, non patitur in germania conquiescere religionem, quamvis clarissimis victoriis triumphan-

tem: quinimo ostentans faces exitiales, et remota arcescens auxilia

Et alius dicit: Si tempestates scientis Oceani Romano imperio minitatur. Belgium vile incendium diuturnis bellis vexatum, et intestina dissidia coercent, non potest extingui non propria viscera non laniare, eorumque populorum internecionem, sed sine ruina quos vellet paterno patrocinio Averi cogitur appellare victoriam victoris.

Hæc regio pacis et religionis arx Italia, quæ exterarum provinciarum calamitates misericors spectatrix lamentabatur, fit hæc Sem. Sic Romani belli pestate campus seditionum, et ex bellorum incendia Valtellina, cum iracundiam sus. finitimoque regionibus timet excitari, quæ non nisi gentium procerunt, ut vis sanguis et principatum casus extinguat. Periculum autem est, aliam ad cæcum ne hac arrepta occasione pestiferum heresum virus latius se diffundat, et animorum sanitatem corrumpat contagione impietatis. agnoverint, quam Quocumque enim animo bellum inter christianos Principes exercitus ducere, Auz, non potest tanta moderatione administrari, quin plebes delere, liberos rumque Triumphos scelei ferat, et naufragia religioni. propulsos aut succidat, jam vero audaces illæ hereticorum militantium voces audiri sine aut subicere veritatis. lachrymis non possunt, qui impiam causam defendere se posse gloriantur fames Dei nostri, id est potentia Principum catholicorum. Neque solum hæc existimanda sunt damna, quia regionibus vastitatem et animis perniciem parant, sed quia beatissimos Triumphos creduntur adimere hoc tempore Christianitati.

Hæc tam vasta tam minax humanarum miseriarum scena quodnam lachrymantibus oculis pontificis caritatis spe-

obaculum præbeat, facile conjicere potestis, venerabiles fratres. Cæmen  
 neque animum despondemus, qui scimus Dominum aliquando  
 in tempestate et turbine delitescere; neque inimicus querimonis  
 tempus ducimus qui lamenta viribus destituta putamus haberi  
 potius solatia periculantium quam periclitantium auxilia. Accen-  
 ditur velut ignis zelus noster, et si noster sanguis fortiter fuit  
 opportuna est medicina negotanti reipublicæ gaudentes in pro-  
 prio damno salute filiorum, vitam ipsam pro Dei gloria devo-  
 nemus. Omnipotentem cordium scrutatorem aestamus Nos Cesarum  
 Triumphis antefere eas pontificum herumnas, qui digni habiti  
 sunt pro nomine Jesu contumeliam pati, et divinum Pastorem  
 imitantes animam suam posuerunt pro oculis suis. Cum autem  
 non videatur ejusmodi holocaustis hoc tempore delectari Pon-  
 tificem sempiternus, ea consilia dies noctesque meditamus, quæ  
 habeantur arma lucis ad profligandum patrem tenebrarum  
 et discordiarum. Armamus quidem ecclesiasticas legiones ne opus  
 Dei facere negligenter arguamur: at enim eodem tempore nul-  
 lum prætermittimus officium, quo possit conciliari concordia  
 regum, et liniiri furor armorum. Tandem postquam accuratis-  
 simis precibus flagitavimus pacem Numinis dissipantis gentes  
 quæ bella volunt decernimus id remedium adhibere, quod in  
 simili rerum discrimine non semel peperit incolumitatem orbis  
 Christiano. Ergo nuper approbante apostolico senatu declaravimus  
 Ecclesie universæ pastorem sollicitudinem cardinalitio lega-  
 tione. Selegimus vero Franciscum cardinalem Barberinum fratris  
 nostri filium. Creditur pontificia consanguinitas non levem ac-  
 tori publicæ causæ adjungere auctoritatem; porro allegantes eum

quem natura Nobis voluit esse carissimum videmus luculentius paternum affectum testari generi humano. Nunquam certe Nos ei gravissimum hoc terrarum tumultuantium negotium mandarem nisi exploratum Nobis foret eam illi mentem inesse, ut gloriam Dei, et populorum salutem existimet rerum ecclesiasticorum Principum thesaurum ac triumphum. Nunc autem ille ad potentissimos reges proficietur curaturus, ut exoptata christiane reipublice concordia letificent merentem Ecclesiam, et propugnacula communitatis publicae incolumitatis. Similia sunt cogitationes hominum et consilia mortalitatis non raro ludibria existunt nisi pater luminum cordibus nostris infundat, spiritum sapientiae et fortitudinis. Quare, venerabiles fratres, in partem sollicitudinum nostrarum vocati congregate hoc tempore populos et quasi subaequalitate vocem vestram. Currat christiana plebs ad arma iustitiae muniatur sacco et cilicio, quibus lorica salutis conficitur, et distinguens gladium ancipitem orationibus conflatum, profliget legiones inferni, ut praeventum Ninivitarum gemitus imitata leniat iram Dei furore suo terras arquentis. Cum autem eum orate, ut det verba sua in ore apostolici legati, ne pax quae Christi in caelum redeuntis Aestamentum fuit et hereditas a filiis discordiarum temere dissipetur. Curris fortissima nomen Domini, ad hanc confugiant justis; et fides quae montes transferre et Moavia potest perambulare, sentiet montes Lyoni esse in circuitu Hierusalem, et Dominum potentem in praelio exulare in circuitu populi sui. Omnipotens Princeps pacis, qui arcum conseris et confingis arma impiorum, in manu sua sunt corda dominantium, et sub se curvantur qui portant orbem. Emitte e thesauris misericordiae sempiternae spiritum caritatis, qui

christianorum Principum voluntates conciliet: effice ut federatis  
 potentium viribus atque Animis in hac altissima terrarum specula  
 canere quam citissime possimus classicum cali atque uti tanto  
 armorum apparatu ad regnum Dei propagandum plaudente  
 concilio justorum et triumphante fide orthodoxa. Justissimi  
 hujus voti spem et fiduciam præbere potest. Omnipotens, fide-  
 lum precibus exoratus, venerabiles fratres, a quibus pium hoc rola-  
 tum expectamus, vobisque apostolicam benedictionem permanen-  
 ter impartimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum  
 sub annulo Piscatoris die 26 Martii 1625, Pontificatus nostri an-  
 no secundo Joannes Chiampolus.

Deus pro sua clementia gemitus et preces sancti Ponti-  
 ficis atque fidelium exaudivit, plerosque hereticorum conatus  
 hoc anno dissipando, aut catholicis pro sua voluntate ut pax in  
 Italia sarta tecta permaneret.

Nicolaus Zoesius Amerfortius i. e. primum domesticus et  
 a secretis Joann. Vendullio episcopo Cornacensi (cujus vitam vitam  
 scripsit et in lucem dedit) hinc magni Concilii apud Me-  
 chlinienses senator demum in Sylveducensium artister fundavit  
 Lovanii collegium S. Willebrordi, ibique obiit inter curas sui col-  
 legii correptus raptusque. Fuit amicus et fautor Cartusianorum  
 imprimis P. Joannis Emmechovii atque hanc domum fre-  
 quentavit deditque fenestram in magno ambitu atque  
 benedictionem nobis devote nonnunquam largitus est. Corpus trans-  
 latum Sylvam ducis in S. Joannis depositum est hoc ad-  
 dito epitaphio:

## D. O. M.

D. Nicolaus Zoes episcopus Buscoduensis, Magister libellorum sup-  
plicium et consiliarius magni Concilii frequentibus clerici populi que ac  
devoti feminei sexus precibus se commendatum cupiens hoc loco vivens sibi  
monumentum elegit, vixit annos 61 et dies 17, presuit Ecclesie Busco-  
duensis annos 10, menses 3 et dies 19. Obiit anno 1625, die 22 mensis  
Augusti.

His diebus V. P. D. Petrus Daems Prior tunc domus Capelle ex com-  
missione et licentia R. Patris assumpsit in collegam P. Vicarium hujus  
domus J. Joannem Richardum et 21 Augusti profecti sunt Lovanium,  
ut res vel potius animum componerent S. Bartholomaei Claerbots ibidem  
professi et incarcerati sed frustra, dum in sententia contumax per-  
sisteret, nec ad meliorem fugam se disponeret, et si rem alius  
reprobam cedet, ut spero in aliorum exemplum, et majorem cautio-  
nem. Quando receptus fuit ad Ordinem magnam sui spem  
faciebat, qui non minus ingenuosus quam doctus apparebat, et  
propterea ab omnibus fere exoptatus etiam ipse sibi magna pro-  
mittebat, progressu temporis turbidi et inquieti ingenii indicia  
praebuit, propter quae semel ipsius prelatus fuit ad externa  
officia, hinc promotionis quasi spem abiciens incepit mores  
aliorum carpere nec Superioribus parcere, et ni fallor, fugam  
arripere ad sedes fratris et postea ad archiepiscopum Mechlinien-  
sem suas quarelas et potius criminationes deferre, super quibus  
noluit illi aurem praebere, cum ad ejus Tribunal non per-  
tinerent. Tunc ~~habuit~~ aliam telam excorsus est et conquisivi se  
defectum internum aut secretum habere quo impediretur pro-  
fessionis suae vota exsolvere et vitam Cartusianam ducere: tunc

armuit illi archiepiscopus ut libellum supplicem porrigeret, de-  
 cebat enim se laborare morbo caduco, sed non potuit sufficienti  
 testimonio probare, ideo iudicantur a iudicibus non bono funda-  
 mento niti. Quare revocatus in monasterium fugam verus  
 Romam inivit et notandum, quod cum propter priorem  
 fugam et contumaciam, ut dixi, esset incarceratus et time-  
 retur ne vim sibi inferret, aut crudelitatis Crudo arqueretur  
 P. Pater concesserat ut remitteretur ad sedes parentum Mau-  
 riam ut ad tempus recrearet suos sensus, tuncque personaliter  
 prosecutus est litem suam ideoque distus mansit non sine  
 sedecore Ordinis et periculo anime sue, qui libenter interesset  
 consortio puellarum cum scandalo intuentium et adhuc in  
 tam celebri viarum transitu, nec erat qui super eo invigilaret.  
 tandem de celo respexit Dominus, de preparato habitaculo  
 suo de Monte Dei profectus S. Stephanus Charpentier  
 Coadjutor advenit. hinc Pruzellas atque in transitu vidit ho-  
 minem habitu sacro vestitum inter seculares commorantem et  
 pro communione habitus ad se accessit, qui venire abnuvit,  
 atque ab hospite suo didicit scandalosam ipsius conversatio-  
 nem, que non sine gemitu retulit et opportune iis qui illi  
 hanc indulgentiam procuraverant: hinc mandatum accepit ut  
 domi se contineret atque a publico abstineret, nisi pro Missa  
 audienda ad templum esset eundem, et exinde instantia major  
 facta est pro conclusione litis qua cum cecidisset per litteras  
 revocatus, cum alii dicerent non tantum imperio sed etiam  
 vi compellendum esse, sed nescio quid de honestatis quidam  
 causati illud consilium respuerunt, et ipse majori dehone-

stamento iter capessivit versus Italiam: nunc vero Bruxellis degit in pu-  
 blico ergastulo atque a biennio in amentiam incidit. Propterea si quid  
 rovisi Deo, ne moreris reddere inquit Ecclesiastes, displicet enim ei  
 infidelis et stulta promissio, sed quodcumque roveris, redde. Postquam  
 seipsum Deo per votum transcribit, non hinc inde rosam aliquam,  
 aut pomum ex arbore decerptum in sinum illius infinite maje-  
 statis conficit, sed ipsum cum rosis rosetum, ipsam cum fracti-  
 bus arborem, ipsum inquam cum affectibus cor, ipsas cum opu-  
 bus manus Deo consecrat. Denique cum teste Aristotele ad vir-  
 tutis perfectionem hoc etiam requiratur, ut firmiter ac immo-  
 biliter operetur, qui se voto obstringit, hoc agit, ut Dei reve-  
 rentia, cuius majestatem compellavit in sancto proposito ac vir-  
 tute confirmetur. Ex his civis facile est conjectura assequi,  
 quanti apud Deum sit meriti votorum nuncupatio. Sed illud  
 non minus evidens est quam inexcusabile sit facinus Deo fidem  
 datam fallere, eumque re vota frustrari: Cum enim votum  
 omne maturo consilio ac propensa voluntate, nulla vi aut  
 necessitate precepti interveniente nuncupetur; quid aliud  
 est votum aut negligere aut eludere; quam infinitam  
 illam majestatem ludibrio habere. Certe melius est non vo-  
 vere inquit Ecclesiastes, quam post votum promissa non red-  
 dere. Quinimo licet majestas illa aliorum scelerum penas  
 futuro seculo reservare soleat, hoc tamen perfidie scelus  
 presentibus frequenter supplicis vindicari cernimus: ut fere  
 votorum illi contemptores, et in Deum perfidi, vel semper  
 miseriam vitam ducant vel cito miseriam mortem  
 obeant. Nazareorum voto constrictus olim fuit Samson:

postquam tamen in sinum Dalibæ caput reclinans, violandi voti occasionem præbuit, oculos oclatus, et pristino addictus quam indignam Sancto Principe vitam duxit? Sed hæc antiqua sunt, dies me deficiet, si recentiora percensere voluero supplicia eorum qui cum seipsum voto solemniter divino obsequio consecrassent, desertis signis, retro ad carnis illecebras mundique oblectamenta respexerunt. Novi ego inquit Joannes Collenarius e soc., qui egestate ac miseriis confecti inter mendicabilia presierunt: novi qui seipsum fæde discerpserunt: novi qui hostilibus armis circumventi nullum penitentiae spatium invenerunt, novi qui carnificis manu per summam ignominiam obtuncati sunt.

In solemnitate Assumptionis B. V. Mariæ sacrista destitit exponere imagines Patrum Ordinis necdum canonizatorum propter Bullam Pontificis, quæ notis innotuerat; et Patres Societatis suos Martyres depictos ad parietem ecclesie calce obliniverunt, Bulla autem talis est tenor:

Feria quinta die 13 Martii a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1625 in generali Congregatione sanctæ Romanæ, et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico in Vaticano coram S. D. N. Urbano VIII ac Ill<sup>mo</sup> et R<sup>mo</sup> DD. Cardinalibus S. R. E. adversus hæreticam pravitatem inquisitoribus generalibus a sancta sede apostolica specialiter deputatis Sanctissimus S. N. sollicitè animadvertens abusus qui irreperunt et quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis aut martyrii fama vel opinione defunctis, qui etiam neque canonizationis neque beatificationis honore insigniti sunt ab apostolica Sede, eorum tamen imagines in oratoriis atque

ecclesiis, aliisque locis publicis atque etiam privatis cum laureis et radiis seu  
 splendoribus proponuntur, miracula et revelationes, aliaque beneficia a Deo  
 per eorum intercessionem accepta in libris rerum ab ipsis gestarum  
 enarrantur et ad illorum sepulchra tabellae, imagines, et res aliæ ad be-  
 neficia accepta sanctificanda et lampades et alia lumina apponuntur.  
 Volensque proinde huiusmodi abusibus pro debito officii pastoralis occur-  
 rere, re etiam cum Ill<sup>mo</sup> et R<sup>mo</sup> S. D. Cardinalibus contra hereticam  
 pravitatem in universa republica christiana generalibus inquisitoribus  
 communicata et mature considerata ac discussa declaravit et statuit  
 et decrevit ne quorumvis hominum cum martyrii seu sanctitatis  
 fama (quantumcumque illa sit) defunctorum imagines, aliisque  
 praedicta, et quodcumque aliud venerationem et cultum praeseferens  
 et indicans in oratoriis aut locis publicis seu privatis vel ecclesiis tam  
 secularibus quam regularibus cujuscumque religionis, Ordinis Insti-  
 tuti, Congregationis aut societatis apponantur, antequam a Sede  
 apostolica canonizentur aut beati declarentur, et (si quæ apposite  
 sint) amoveantur, prout eas statim amoveri mandamus. Ac  
 pariter imprimi de cetero inhibuit libros eorundem hominum,  
 qui sanctitatis seu martyrii fama vel opinione, ut praefertur,  
 celebres a vita migraverunt, gesta vel miracula, vel revelationes,  
 seu quaecumque beneficia tanquam eorum intercessionibus a  
 Deo accepta continentes sine recognitione et approbatione  
 Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos aliosque pios et  
 doctos viros in consilium adhibet, et ne deinde fraus aut  
 error aut aliquid novum ac inordinatum in re tam gravi  
 committatur negotium instructum ad Sedem apostolicam  
 transmittat, ejusque responsum expectet. Revelationes vero et

miracula, aliisque beneficia supra dicta, quae in libris horum  
 hominum vitam et gesta continentibus hactenus sine recogni-  
 tione atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullis modo  
 approbata conseri vult, mandatque Sua Sanctitas. Ad horum  
 hominum sepulchra vetuit etiam atque inhibuit tabellas  
 atque imagines ex cera aut argento seu ex alia quacumque  
 materia tam pictas quam fictas atque exsculptas appendi  
 atque affigi, et lampades sive alia quaecumque lumina  
 accendi sine recognitione ab Ordinario prout supra fa-  
 cienda, sedique apostolicæ referenda ac probanda. Decla-  
 rans quod per supra scripta præjudicare in aliquo non  
 vult neque intendit iis qui aut per communem Ecclesie  
 consensum, vel immemorabilem temporis usum, aut per  
 Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi tem-  
 poris scientia ac tolerantia Sedis apostolicæ vel Ordinarii  
 coluntur. Ut autem præmissa diligentius observentur uni-  
 versis et singulis tam Ordinariis quam hereticæ pravitatis  
 inquisitoribus distincte præcipit, ut in sua quoque  
 diecesi vel provincia sedulo pervigilent, ne sine appro-  
 bationibus prædictis imagines cum memoratis signis ex-  
 ponantur, aut miracula, revelationes ac beneficia prædicta  
 publicentur aliave contra superius disposita fiant. Trans-  
 gressores vero si regulares fuerint privationis suorum officio-  
 rum suspensionis a divinis, et ab administratione sacra-  
 mentorum, executioneque ordinum suorum respective,  
 alioque arbitrio Ordinariorum prædictorum seu  
 inquisitorum pro modo culpe infligendis poenis plectendo.

Petrus de Wal

Collectaneum  
Rerum gestarum et eventuum  
Cartusie Bruscellensis  
cum aliis externis tum Patrie tum Ordinis.

Volumen quartum (prosecutio)

Anno Domini 1632.



Levi autem libros impresserint, seu quoquomodo efflimerint vel formaverint, ceterique artifices circa praemissa qualitercumque delinquentes praedicta omnia amittant, et insuper pecuniarius aliusque corporalibus penis juxta criminis gravitatem eorundem Ordinariorum seu inquisitorum arbitrio afficiantur contrariis quibusque non obstantibus. Et ne praemissorum ignorantia possit ab aliquo praetendi voluit ut decretum hujusmodi seu illius exemplar ad valvas basilicae Apostolorum urbis ac in acie Campi florum affixum omnes perinde ardeat atque afficiat, ac si unicuique personaliter fuisset intimatum, quodque praesentium transumptis etiam impressis manu notarii publici subscriptis ac sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur quae praesentibus haberetur si forent exhibita vel ostensa. Actum anno 1525, indict. 8 die 4 Aprilis publicatum.

Quae sunt propria Ordinis repetamus, 3 Augusti peste obit Brugis D. Melchior Charles Procurator Monialium, professus Lovanii 1595, quo anno ejus pater Consiliarius Mechliniensis intraivit Ordinem Minoritarum, et intra probationis annum vivendi finem fecit, et propter similem exitum puto a Cartusianis non fuisse receptum, D. Melchior vir probus habebatur magis tamen idoneus pro officio Marthae quam Mariae; hinc etiam Diosthemii et Sylvaeducis officio Procuratoris functus est, et a Conventualibus quidem domus Capelle in Priorem electus, sed quem D. Jac. Demys Prior Gandensis Visitator voluit confermare, cum etiam Monialibus hunc industrium oconomum faveret, ut et dicam verum non intendebat satis spiritualibus exercitiis, hinc et turbulentos animi sui motus ex rerum exteriorum cura sedare nequibat, et iracundiae motibus plus equo frena laxabat, officii sui partes in omnibus adimplere studebat, dum intendit operibus lacunas et paludes alio deducta aqua exsiccando malignam auram hausit nec tamen prius morbum sensit quam cum inter Missarum sollemnia

sedisset in cathedra ad legendam lectionem, tunc enim stomacho  
 languente evomit, et postulata aqua ad os lavandum adhuc missam  
 absoluit. Eodem die cum ad extrema vergeret, extrema unctione <sup>delibutus</sup>  
~~sumus~~ fuit, atque in hac suprema hora caritatem ad proximum  
 manifestavit dum adhortaretur astantes et sibi ministrantes ut ab  
 habitu suo sibi caverent quod sentiret sub axilla apostema pestis  
 indicium, tunc pro foribus mansit P. Gilbertus Bantusius Vi-  
 carius, et a longe sive monita expropto sive preces ad Deum pro  
 salutari exitu ipsius fundebat, duae Donatae morbum contraxerunt,  
 Cornelia obiit, altera convaleuit, quod adhuc in juventute vim istius  
 morbi superasset. Complurimum per sex septimanas reclusum fuit, et  
 Vicarius separatus a Monialibus erga quas interim pastorem vices gessit  
 ipsemet. Visitator D. Jacobus Dionysius Prior Gandensis, qui tunc  
 praesens aderat, et excipiebat singulis diebus confessiones Patris Vicarii  
 et Coadjutoris qui in privato Missas celebrabant, sed inter haec  
 nimia etiam ipse maligna cura afflatus febres contraxit arden-  
 tes si non pestilenciales. Statim in initio morbi grave animi  
 deliquium passus est, hinc intellexit extremum vite diem sibi  
 imminere, quare voluit Gandam reverti ad propriam domum,  
 offensus etiam alicujus incivilitate et pusillanimitate qui nisi  
 obstructis naribus a longe illum alloqueretur, cum tamen non  
 simuisset se pro illo periculo exponere, Moniales nihilominus  
 promittebant omne obsequium et solatium. Paculo igitur in-  
 viceus et super humerum famuli descendit ad navem et sic re-  
 nit domum, et primum Procuratorem ex febrilibus decumbentem  
 visitavit, et mox se in lecto collocavit, accersiti adfuerunt quidem  
 medici sed medicamenta fere respuebat et omnem spem ulte-  
 rioris vite abiciens Priores provinciae ad se evocari jussit, et tres  
 advenerunt, Prior Diestensis, Lovaniensis, et Sylvae S. Martini, et sana

mente petit interim sibi administrari omnia sacramenta Ecclesie. Crebrius Sanctissimum Christi Corpus sumpsit flexis genibus ante oratorium (ni fallor), tandem versa mente cepit flere sed religiose, atque intensa voce et continua invocare nomina Jesus, Mariæ et Joseph. Tantum est piis assuescere dum sapis, ut etiam desipiens non possis esse non pius. Rediit post hæc ad se, ut fore moris est, et evocavit Procuratorem atque ait sibi interdictam a doctoribus tantam animi contentionem et clamorem, interea se Aertio ad Tribunal Christi fuisse raptum, sed cum haberet sensus perturbatos non posse edicere quid viderit de qua re infra dicam, Procurator petebat veniam si illum aliquando offendisset, sed dicebat se ab illo nunquam fuisse offensum, nec propterea veniam dandam. Paulo post supremum agoniæ absoluit, ac vivendi finem fecit 20 Septembris 1625 anno ætatis suæ 46, postquam administrasset hanc Provinciam annis 12, et præfuisset domui suæ 15. Exequias illi honorificas procurarunt sui, præter Priores supra dictos aderat etiam abbas et germanus ejus frater Augustinus Densys Augustianus Gandensis animum habuit, ad sermonem edisendum in publica audientia.

V. P. D. Jacobus Densys circa initium hujus sæculi nomen dedit Ordini in Cartusia Gandensi, Magistrum habuit D. Henricum d' Horto professum domus Leodiensis hunc Gandavi Vicarium virum probum et devotum. Humanioribus litteris eximie eruditus, sicut corporis proceritate sic doctrina facile omnes comprovinciales suos superabat: dedit ingenii sui specimen in concinnendis versibus, qui præfici sunt libro de episcopatibus erectis in Belgio a V. P. Henrico hunc Cartusie Gandensis Priore edito, carmina plura in labyrintho scripsit et nonnulla chronographica. Vivente prædecessore ab omnibus Prioratui destinabatur, nec epus promotio ad illius mortem dilata est, sed primo Vicarius domus Sylve S. Martini

mox Rector per Visitatores renunciatus est, a quo tamen officio per  
 D. Serval Commissarium a R. Patre missum ad hanc Provinciam  
 visitandam absolutus et ad domum professionis remissus est, Vicarius  
 atque vacaret officio Mariae cui magis idoneus indicabatur quam  
 Marthae sollicitudini. Post mortem vero P. Arnoldi Florentis in  
 ipsum omnium vota collata sunt, habueruntque illum Gandenses  
 Priorem a suis praedecessoribus non degenerem. Non multos post  
 annos etiam P. Emmechorius in ipsum principalis Visitatoris mu-  
 nus et onus declinavit novo exemplo antequam Convisitatoris vices  
 subiret et juvenis erat 34 circiter annorum. Ad hoc munus pera-  
 gendum non mediocri doctrina instructus accedat, qui nec in verbo  
 multum laborabat sive epistolae ad quoscumque scribenda essent  
 sive visitationum cartae componenda, in quibus eloquentiae suae vela  
 pandebat, ut in admirationem sui R. Patrem et religiosos Ma-  
 joris Cartusiae traheret, propterea injunserunt illi sermonem in  
 Capitulo generali faciendum, quorum omnium expectationi abun-  
 de satisfecit, thema sumptum erat in Cantico canticorum: Capite  
 nobis vulpeculas quae demoluntur vineas, cumque copiam pos-  
 cerent ab eo officiales Cartusiae, memoriae non litteris se tradi-  
 disse respondit: atque etiam in actu Visitacionum memoriter  
 et sedate perorabat, avide quoque et attente ab omnibus au-  
 diebatur. Si qui cerebrasi in provincia existerent plane hunc cere-  
 brorum invenerunt atque contra hoc inquietorum hominum (qui  
 suo tempore non defuerunt) genus acerrimum illi semper fuit  
 bellum: cartas illorum mores et negotia tangentes studiose ser-  
 vabat, ut si librum intenderent, haberet quid responderet et qua-  
 les essent, manifestaret. Verum enim vero (ut recte de republica  
 pronuntiant Livius) excellentibus ingenis citius defuerit ars qua  
 civem regant, quam qua hostem superent. Et Nazarianus:

Perfecto ars quaedam artium et scientiarum mixta videtur esse, hominem  
 regere animal maxime varium et multiplex, quod in nullum magis in-  
 surgit, quam in eum quem imperium in se affecture persequitur. Vis  
 igitur mororum hoc animal in gyrum rationis ac obedientiae redigere,  
 et quidem sine vi et armis? utere suavi ac moderato prudentiae freno.  
 Haec unica et propria virtus est imperantis. Erga illos tamen qui  
 fragilitate potius quam contumacia deliquerant, benignior visus est of-  
 ficiales defendere, suas partes esse ducere: nec aliquos deposuit nisi  
 ferme abunde R. Patri querelae immotuiscent: atque privatis, qui  
 forte ad officia anhelebant, dicere solebat: Turpius est de gradu  
 deturbari quam ad eum non attolli: Latis affabilem et comem  
 (non irritatus) omnibus etiam monachis se praebebat. Domesticos  
 officiales sibi morigeros impense amabat, et ab eisdem amabatur:  
 hinc mater P. Seriani multam suppellectilem domui Gandensi,  
 non domui professionis filii sui legavit. Sobrius a quibusdam prae-  
 dicatur, sobrie quoque et sane suos subditos alebat, nec unquam  
 consuetudinem de oris ministrandis Conventui certis diebus in-  
 heldomada semel infringere permisisset, audio et in refe-  
 ctorio a pitantia sibi apposita abstinuisse saepius, atque ad  
 reclusam virginem misisse. Postea visus est de ea sobrietate  
 aliquid remissiose propter officii et itinerum <sup>laborem</sup> et propter  
 frequentius consortium, quo delectabatur pariter ac colloquio fami-  
 liari puto ad superandam melancholiam, cui videbatur ob-  
 noxius, huius remissionis et libertatis causa calumniam aliquando  
 passus est apud R. Patrem et ejus assistentes, sed P. Emmecho-  
 rius excusabat, magna humanarum laudum infirmitas, quas una  
 semper aliqua detorsit offensio, et valde is laudatus videtur, quem  
 una tantum in re perstringit momus. Hoc tamen verius dixe-  
 rim, quia in oeconomia nullus erat, molestias enim et curas

remis relique fugiebat, propterea a Pectoratu domus Sylve ab-  
 solutus, et quamvis Prioratus ejus pro majori parte coinciderit cum  
 Induciis a bello nullum notabile edificium excitavit, potuit  
 tamen locum ampliare et primaria extendisse sicut retulit  
 mihi D. Vincentius Amble Procurator ipsius qui emerat contiguam  
 domum, et mirabantur Conventuales si tam paucis tempore eam  
 summam confecisset: paucissimos etiam ad Ordinem recepit ita  
 ut moriens tres tantum professos vocem habentes reliquerit, nam  
 Vicarius et Procurator erant hospites, propterea disputabatur  
 utrum haberent jus electionis. Sed quod laude dignum est pro-  
 feramus erat in suppellectili Ecclesie nitidus et curiosus, et erga  
 sanctissimum Altaris sacramentum devotus et sicut erat mus-  
 ces peritus ita libenter Missam conventualem cantabat, etiam  
 Brunellis existens et interdendum fuit illi ne tam frequenter  
 juberet exponi et deportari in supplicatione precelestium illud  
 sacramentum. Imagines a R. P. Bitautio Cartusie Gandensi  
 dono datas argento inclusit. Ornamenta domus Finyee, que  
 hic servabamus, petiit et accepit pro domo sua. Maxime sacer-  
 dotis hoc est, inquit Ambronus, ornare Dei Templum decore con-  
 guo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat. Quod pre-  
 stidit plusquam a me sciri et dici passit, adhuc in delirio  
 manum brachio admovebat tanquam se complate vellet vestire  
 sacris vestibus, quid curae fuisset illi in vita patefaciens. Ma-  
 gnam sollicitudinem gessit Monialium Ordinis nostri, sepius  
 extra actum Visitationis supra annum ad illas divertens pro  
 excipiendis confessionibus ut satisfaceret decreto Concilii Tridentini  
 et Statutorum, jura et decora illarum propugnavit ac scripsit  
 pro defensione ceremoniarum que servantur in coronatione,  
 nam episcopus Brugensis D. Antonius Cuest volebat illas ornare

Ambronus  
 ff. c. 2.

stola et manipulo, et ut a cantatione epistolæ abstineret, similiter vole-  
bat. Ad ista respondit P. Dionysius in epistola quæ missa est Ro-  
mam, et ab eo tempore non est mota questio. Denique videns do-  
mum huc pestifera infectam, non sicut mercenarius fugit, sed  
velut bonus pastor animam suam posuit pro ovis suis nec hac  
major est caritas, quæ etiam multitudinem cooperit peccatorum.

### Anagramma

Reverendus Pater Jacobus Dionysius

Re bonus divus ac pio; ab reus reverendus

Extollant alii facundæ munera lingue

Ab bonitate sua se, Pater alme, canam.

Se decorent primi diffinitoris honore

Majus in his terris est bonitate nihil.

Producant tandem doctrinam, facta, labores

Plus facimus, cum se dicimus esse bonum

Est quid enim commune bonis doctrina malisque

Ab Domino soli convenit esse bonum.

Convenit et justis sed participando per ipsum

Se bonus es divus, re bonus atque pio

Es tamen ipse rei juste meritoque reverendus

Siligit ergo bonus, se reus ipse timet.

Pangebatur Ludovicus Bourlart.

Eodem mense obiit in Cartusia Leodiensi D. Everhardus Walkin  
professus et antiquior ejusdem domus et alias Prior, ita plenus sensi-  
bus ut jam ad extrema deductus cum porrigeretur illi cereus bene-  
dictus, respexerit quidnam daretur in manus. Ante ingressum Ordini-  
nis fuit junctus matrimonio et Preceptor Abbatie S. Huberti in  
Ardenna: hic primus ex illo territorio provocavit Luxemburgum  
pro libello dirimendis: tunc consuetudo invaluit ut liberum sit curis

8  
 Leodi vel Luxemburgi litigare: nec plane veterem hominem exiit  
 in Ordine, saepe querimonias deponit apud superiores et scri-  
 psit, non considerando quod querimonie licet aequae amittunt,  
 si importunae sunt, aequitatis partem; nec ipse in dignitatis gradu  
 diu stare potuit, et huc illuc dimissus etiam extra provinciam,  
 nam aliquot annos vixit in Cartusia Coloniensi et tanquam  
 senior honore affectus, postea a P. Lerval domum revocatus: dum  
 adhuc D. Priori negotium faceretur, missus est pro majori bono  
 suo (quod et agnovit) ad S. Audomarum: adhuc concessum est  
 ut ad ultimum domum professionis repeteret, et salvis ac in-  
 columis a gravi disciplina et confusione ad portum perveniret:  
 sed hoc notarunt Conventuales quod mortuus sit eo tempore  
 quo P. Visitator, quem aliquando ad tribunal Christi provocavit  
 cujus tribunalis P. Visitator mentionem fecisse supra diximus. Et  
 certum est ex Apostolo quod omnes stare debeamus ante tribunal  
 Christi ad quod provocare ex passione non est factum, nam, dicit  
 Propheta, vix desiderantibus diem Domini. Incubat mihi ejus sin-  
 chronus Dominus ab Horto quod supra punctum acus litigaret,  
 cum corpus ejus jaceret in templo supervenit adhuc nescio  
 quis\* causidicus ut ageret cum eo. Haec cum sint notoria  
 non detraho ipsi nec de ejus salute male confido, nam  
 dicit Palmista, imperfectum meum viderunt oculi tui, et  
 in libro tuo omnes scriptentur. Sed demus operam ut quieti-  
 simus, et gratis nobis datam gratiam professionis nostrae  
 fuisse cognoscamus. Et S. Andreas apostolus, (cujus hodie festum  
 celebramus) fideles qui Aegeam volebant occidere, et ipsam  
 fractis januis carceris liberare his pulchris verbis admonuit: Nolite  
 quietem Domini nostri Jesu Christi in seditionem diabolicam  
 excitare. Nam traditus Dominus omnem patientiam praebuit, non

\*P. S. Vicarius  
 generalis Prin-  
 cipis Leodiensis.

contendit, neque clamavit, nec in plateis aliquis eum clamantem audivit. habete ergo silentium, quietem et pacem: qua certe verba maxime nos Cartusianos respiciunt.

Eodem morbi genere, quo P. Visitator de medio sublatus est 27 ejusdem mensis Septembris V. P. D. Guillelmus Willemus professor et alias prior domus Lyrae, Rector novae plantationis Antwerpiae punita ardenti febre, ut etiam cereus in manibus ejus diffleret. Sepultus est honorifice apud PP. Praedicatorum quorum Prior amicus defuncti erat et excepit ejus confessionem ac alia sacramenta administravit, ni fallor. Ejus elogium extat in epistola nuncupatoria praefixa vite Christi a Rudolpho Cartusiano concinnatae quod tale est: Ille, inquam, Venerabilis Lyrae Cartusiae Prior qui ad annum aetatis vigesimum ex numero fortium Israel idoneus jam ad bella procedere damnatis illusionibus ac vanis et insanis seculi pompis, spreto etiam melioris vitae instituto in terra deserta et inaquosa Cartusiae Lyrae Somno apparere voluit, utique ut videres virtutem ejus et gloriam. Duo in solitudinis exercitio annis plerisque decursis in Procuratoris officio paucis conversatus, tale virtutis et economiae specimen dedisti ut omnium vocibus ac votis Prior renunciatus fueris. In quo dignitatis gradu jam decimum finis annum, secundus Lyrae familiae professor ad id honoris culmen erectus, ex quo Lyrae substitit Cartusia 75 annis, alii enim aliunde vocati praefuere. In quo officii gradu quomodo te gesserit domestici et extranei clamant testes. In tuo enim monasterio regularem et monasticam disciplinam ita dirigis, fores promoves: ac ita stabilivisti ut Lyrae Cartusia omnibus exemplo ac admiratione sit. Vere non ignorat Reverenda Paternitas vestra, ubi rigor, ubi vigor et tamen in retinenda religiosa disciplina ita rigidus es, ut bonus et benignus, et vere Pater sis suorum, aliis sis gratus et affabilis; donis tui se religiosi ament, foris omnes se colant et suspiciant.

Num. 1.

Anno 1618.

Omibus incubiens blandum per pectora amorem.

Quanto vero erga Ordinem suum Aeneas zelo ostendit suum  
illud ante hiemium iter

Per varios casus, per mille pericula rerum  
in Cartusiam Majoram, quam non obstante circumquaque in Gal-  
liis personante belli classico, intrepidus petisti, ut sanctissimis Pa-  
trum Ordinis vestri sanctionibus, tuos in veteri disciplina firma-  
res, eisque solatio esse posses. Benedictus Deus, Pater Domini nostri  
Iesu Christi, qui P. V. reducem et sospitem ex tantis periculis  
suis restituit. Tuorum pro P. V. dum in itinere eras non frustrate  
preces, utpote qui noverant sibi tali viro opus esse, cuius opera ad  
bene religioseque vivendum sibi erat prorsus salutaris. Quid  
vero commemorem accuratam rei domesticæ seriem, et ordinem,  
ac providam domus tuæ economiam? Temporalium rerum statum  
hisce communibus Belgii calamitatibus convulsam ac Antuerpiensis  
Cartusie (quæ nunc Lyrana est) excidio laceram, non sine aug-  
mento novorum fundorum coemptione amplificasti, novis structuris  
et ædificiis restaurasti, quod nulli prædecessorum tuorum oblitit,  
licet ad id non parva cum laude conati fuerint. Mirantur omnes,  
quibus rei domesticæ tuæ ordo notus est. P. V. Nam exiguis redditibus  
tantum religiosorum numerum alere et tamem etiam erga extraneos  
hospitalitatis virtute non parum esse instructam. Congregationem  
enim tuam perquam religiosam numero duplicatam tenes, ab  
ea quam olim adisti, ut sit in multitudine populi dignitas  
regis, sicut in paucitate plebis ignominia solet esse principis etc.

Ubi que plerosque religiosos recepit imprimis S. Petrum Daems  
etate adultum et perditis senatoris Antuerpiensis filium. Ipse, in-  
quam, Prior vixit satis exemplariter absque querela, habuit etiam  
sermonem in Capitulo generali ac domum Montis Dei visitavit,  
et Priori contradicentes compescuit, aut ablegavit. Ab paucis men-

sibus accesserat ad hanc novam plantationem, ad quam et religiosos aliunde accersire intendebat, propterea annonam comparaverat, et pro domo nostris usibus aptanda sumptus fecerat: hinc post obitum multa debita inventa sunt et quod dolendum rationes dati et accepti non sunt invente in scriptis redactae; putant aliqui chartas furtive subreptas et aliae suspiciones inhererant animis hominum, si tamen supervenisset res alienam bene dissolisset, et negotia sua peregrisset. Ideo simus semper parati et hominibus rationem reddere.

Et diuturno morbo decumbens in eadem domo frater Petrus Sona, Aps, germanus praedicti Rectoris, atque ita dolore et marore consumptus sequenti luce exspiravit appositus ad fratrem in ambitu praedictorum Patrum.

Pater Commissarius nullum illi constituit Rectorem; sed D. Henricum Bousseghen Coadjutorem seu Procuratorem instituit, ordinationem dictae plantationis reservans Capitulo generali.

Quoniam supra fecimus mentionem litigiosi solius monachi, qui citra hunc defectum multa laude dignus erat cum suis synchronis, qui relictis amplis praebendis aut hereditatibus ad Cartusiam Leodiensem confugerant, et habitum Ordinis susceperant, sed veterem hominem non plane exuerant, imperare quam parere parationes contra praecipuum Apostoli dicentis: Nolite fieri plures magistri fratres mei, exciderunt a spe quam R. Pater et Credo conceperant de eis, et hoc eodem tempore post mortem Rectoris Antuerpiensis fuit quidam Prior, qui de se ipso et aliis Prioribus disponere nitentur, cum haec res spectaret ad Commissarium, nec tamen pro voto ejus successit, sed potius magnae litis semina jecit, dum redditum pecuniarum domus Ultrajectinae emptum a conventu Lovaniensi suggerit transferendum ad hanc novam translationem. Quapropter operae pretium duci hic annexere epistolam auream Henrici archiepiscopi Remensis qui novo seculo vixit ad quasdam sorores monasterii S. Cincis et S. Radegundis

de concordia et regulari disciplina.

Propterea, inquit, diligite sorores ante omnia: et in privatis colloquutionibus, et in publico vestro conventu remittite et abjicite funditus a cordibus vestris omnes injurias et scandalorum fomites, quæ hactenus inter vos ortæ fuerunt: ut nulla de sorore sua vindictam, aut pro sermone, aut pro facto, vel pro aliquo despectu querat a Deo, aut in seculo. Quia sicut Dominus protestatur sine concordia quidquid ei obtuleritis non illi placet: sine enim oraveritis, sine sacrificium obtuleritis, sine vos afflixeritis sine hac caritatis concordia nihil Deo placabile erit. Quia sicut dicit Apostolus: *1. Thimo.*

*Matth. 5.*

*1 Cor. 13.*

Tradidero corpus meum ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et scitis quia Regula quam professæ estis, propter scandalorum spinas, quæ oriri in monasterio solent, Orationem dominicam in matutinis et vespertinis officiis, ita ut omnes illam audiant, a Piere orari præcepit, ut timentes convenientiam, qua

*Regula P. Benedicti.*  
c. 19 intelligit  
pactum seu con-  
cordatum, aut  
juridicam  
conventionem.

Decimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debita vestra, omnem rancorem de corde nostro pellamus. Quæ dum prius egeritis, ne per vestram discordiam, quod absit, regularis electio de vestro monasterio pereat, adunate vos ad Dei voluntatem, et regularis devotionis unanimiorem, vestram ipsam salutem, presentem scilicet atque æternam cum caritatis concordia, quæ est omnium virtutum mater, et cum humilitate, quæ est custos ipsarum virtutum atque cum vera obedientia, quæ scala est, qua ad cælum pertingitur, et in vobis salubri electione

*Nota.*

Apprehendite concordate, et vosmetipsas ad regularem normam reducite et disciplinam ne quando inas constringite ac conservate, quia aliter, sicut melius ipse scitis, scatur Dominus, etc. *P. 20.*

*Ephes. 4.*

salvæ esse nequaquam valetis. Et sicut animos ab inquietis motibus, ita et linguas a provocativis iracundiis, vobisque noxiis sermonibus custodite, testante Apostolo: Omnis clamor et indignatio auferatur a vobis cum omni malitia, et omnis sermo malus ex ore

vestro non procedat. Ne sicut solent homines prius dolore commoti, et postea aliquo gaudio, quasi victoribus, obtinentes quae desideraverant, exhilarati de quocumque homine, quae non conveniunt, aliqua vestrum dicat ne <sup>et</sup> patientiae meritum inutilibus sermonibus coram Deo perdati, et si aliquis fuerit, qui aliqua provocazione quaecumque vestrum ad hoc instigare voluerit, ut quaecumque indebita de quocumque proferat, qualiter illam comprehendere possit, ut rationem damnare prevaleat, locum nec diabolus nec astutus homo exinde aliquo modo habeat. Sed tales vos exhibite ut interiorum exteriusque decenter ornate dignas atque exaudibiles orationes, et pro vobis, et pro seniore ac Domina vestra, proque non solum amicis vestris verum etiam et pro inimicis ad aures Dei mittere valeatis.

Redeamus ad opus jam longo tempore intermissum et cum gratia Dei absolvamus hoc praesens, et ut res, ultimum volumen, siquidem jam a 15 annis sat multa gesta sunt ut illud repleatur, etiam ab externis pauciora adjumenta conqueri non detur.

Sub finem mensis Augusti Latoni absoluerunt suum opus pro novo edificio ad portam, atque bibulam ramum exposuerunt una cum cementariis qui etiam muros exteriores absoluerant, atque 2 Septembris seculator incepit lapideis tegulis illud tegere.

Minutimibus Septembris spatium habuimus in Laken, et salutata ibidem diva Virgine, absque celebratione Missae, processimus ad sacellum vicinum S. Annae ibi fons medicinalis maxime pro febrilibus visitur, atque ibidem licuit cernere Cartusianae pietatis vestigium tabulam Domini nostri Jesu Crucifixi cum imagine ad sinum S. Henrici Heincharth monachi in Schust qui curaverat pingi. Serenissima autem Infans Isabella regis sumptibus viam recta linea ex Laken eo deduci curaverat coemptis agris, et tuguriis rusticorum alio translatio atque duos pontes subterraneos pro duobus rivulis construere nec non terram et colles complanari, demique sepibus ab utraque parte muniri atque arboribus decorari, ad fontem autem descen-

ditur per aliquot gradus ex quadratis lapideis sicut area ipsa dicitur, fons vero erumpit ex quinque vulneribus Christi in marmore sculptis et habet talem superscriptionem:

Fontem hunc Divæ Matri Amæ sacrum jam dudum febricitantibus salutare, ne ultra inglorius per terram serperet, Serenissima Infans Clara Eugenia Hispaniarum Infans ex desiderio R. P. F. Andreae a Loto alioque ornamentisque decoravit

Anno 1625.

In festo S. P. N. Brunonis ad lucrandas indulgentias a Summo Pontifice concessas excitati seculares communicaverunt sub conventuali Missa imprimis generosissimus ac nobilissimus heros D. Maximilianus Comes de Baillieul Baro de Lessin, Coparcha S. Martini (cujus predecessores in domo Gornay sepulti jacent) et aliquot cives Bruxellenses, privatam Missam celebravit R. D. Petrus Roberti abbas monasterii in Luxemburgo et sex alii sacerdotes.

9 Octobris publice degradati fuerunt per archiepiscopum Mechliniensem duo ecclesiastici in gradibus S. Gudulae, unus sacerdos qui furatus fuerat ciborium seu pixidem in S. Gaugerico, et unus diaconus qui Missam celebraverat necdum adeptus ordinem sacerdotii atque traditi brachio seculari, die sequenti in foro ultimum supplicium subierunt strangulati et combusti.

Preda Bruxellam rediit eadem illa aestate Dunkercam ad extremos, inquam, hominum Moerinos nostra delora (Serenissima videlicet Infans Trabella) excurrit. Portum Moeris in littore flandrico seu saxonico (ut notitia imperii nuncupat) a Romanis olim structum, et via militari, cujus hodieque vestigia superant ab iisdem nobilitatum, sed arenis, lapsa temporis, obstructum magno regiarum classium comodo aperuit, porrectoque in Oceanum brachio et mole Neptuno objecta adversus Batavos atque

hostes firmavit. Atque sub finem Octobris iterum Numinis divini favor adfuit. Haud procul a dictis Marcis Batavorum, classis in anchoris stabat, ut classis regiae ex Dunkercano portu et navigationem impedi- ret. Et ecce Santa subito ventorum vis excitata est, ut uni- versitas hostium naves dissipavit, regiae vero classi viam aperuit ad septuaginta amplius naves Batavas in Oceano germanico partim capiendas partim deprimendas, quem eventum homines impii circæis seu magicis artibus pii vero assiduis Isabella ad Deum supplicationibus adscripserunt.

Dunkerce dum hæret aula vitam cum morte commutatit D. Ludovicus de Velasco, magister equitum veteranus miles, sepul- tus Bruxellis apud discalceatos.

Ill<sup>mus</sup> D. Joannes Franciscus archiepiscopus Petracensis ex Comitibus Guidii ex Balneo Nuntius apostolicus rediit ex Fran- cia, quo se Aulerat ex mandato Summi Pontificis ad pacifi- candos proceres, hospitium accepit in edibus ubi mortuus fuerat D. Velasco atque etiam morbum contraxit periculosum ideo frustra sit deliria et ludibria vulgi Hispanicæ nationi inferre refellere quibus dicebatur caninea febre obisse.

Postea Ser<sup>ma</sup> Princeps visitavit urbes et monasteria. Tandem Gallicæ et multo triumpho Infulis recepta. Verum monasterium Patum Discalceatorum ibidem recenter erectum conflagravit, cum necdum sarmentis purgatum foret facile ignem con- cepit ex incauta jaculatione.

Ex ejus mandato archiepiscopus Meckliniensis indicit pre- ces populo pro felici partu reginæ Hispaniarum. Cujus talis extitit tenor epistolæ: Jacobus Dei et apostolicæ Sedis gratia archi- episcopus Meckliniensis omnibus presentes visuris salutem in Do- mino. Requisiti a Ser<sup>ma</sup> Domina Isabella Clara Eugenia Infante, etc.

ad indicendas preces per totum diocesis nostrae districtum pro felici partu reginae conjugis catholici Hispaniarum jam instante honore presentium mandamus omnibus Dei verbi praedicatoribus, ut eundem fidelium devotioni diligenter commendent, ordinantes ulterius ut tam in ecclesia nostra metropolitana, quam ceteris collegiatis et parochialibus ecclesiis et monasteriis dictae nostrae diocesis preces et orationes fundantur, quo fructus regni fructus natiuitas subsequatur, cujus successus tam christiano orbi generatim quam speciatim Belgio singularis est momenti. Datum Mechliniae sub sigillo nostro et secretarii nostri signatura die 17 Novembris 1625. Primus erat partus, ni fallor, reginae et peperit filiam brevioris aevi.

9 Augusti Ser<sup>ma</sup> Infans prohibuit omne commercium cum Hollandis, quare ob penuriam piscium et olei, V. P. Prior petiit a R. Patre dispensationem ut passim lactuina comedere in Adventu, et respondit Scriba, ut ordinaret in sua domo et provincia quod esset ad majorem Dei gloriam et consolationem personarum Ordinis. Igitur in Adventu ministratum est nobis butyrum sed non ora.

Cartusiani Gandenses pastore orbati per obitum D. Jacobi Dionysii distulerunt aliquandiu alium eligere quod V. P. Prior noster Convisitator Provinciae non recte uteretur valetudine quem optabant et petebant, ut praesentem eorum electioni, pauci erant tres tantum professi et duo officiales vocem habentes, hinc disputabatur a quibusdam an esset competens et sufficiens numerus electorum: aliquid novi et inauditum contigit in hac electione, quidam enim seipsum elegit, et cum hoc confirmatores et electores qui in eum non consentiebant, deprehendissent, suspensa fuit confirmatio et negotium totum R. Patri Generali

per litteras intimatum et commissum. Nam doctores communiter  
 tenent neminem posse se ipsum eligere quia juxta cap. 26 de  
 jure Patronatus per suas (alias nostras) nullus debet se ingerere offi-  
 cii ecclesiasticae prelationis, quantumque idoneus sit, et quibuscumque  
 studiis et meritis adjunctur. Habet tamen ipse casuistam, a se for-  
 tassis non sat bene intellectum, quem allegabat, et Rodericus  
 qq. Regul. hom. 2, q. 54, art. 10 et 11, docet quando electores ponunt unum  
 ex se eligere, si septem v. g. sint electores, confirmabitur electio facta  
 ex tribus, si electus consentiat electioni de se ab aliis tribus facta:  
 tunc enim sua persona computatur inter eligentes, et taliter  
 consentiendo censetur realiter et expresse suffragari pro se. Hic  
 casus non exprimitur in Statutis nostris, illum aliqui accusabant  
 ambitionis alii deridebant, ipse obfirmatus persistebat in sen-  
 tentia sua se recte elegisse, non tamen ut confirmatur  
 studium improbum adhibuit. R. Peter irritam electionem de-  
 claravit, et proficit in Priorem dictae Domus Gandensis S. Levinum  
 Jaghere professum ibidem postea a Prioratu domus Sylvae S. Martini  
 absolutum, quem officiales duo ex aliis domibus assumpti elegerant. Hic  
 vincens in bono malum, ut com professorum animos abs se alienos  
 sibi devinceret, unum ex eis statim instituit procuratorem, quo  
 facto gratiam omnium demeruit: sic Antigonus rex dicere  
 solebat, clementiam plus posse quam violentiam. Egregie vero chri-  
 stiana illa virgo apud S. Chaulerum moriens rogata quomodo ad  
 tantam sanctitatem pervenisset? Respondit primo, Afflictiones meas  
 nulli nisi Deo quæstæ sunt; 2º Erga omnes liberalis fui saltem ani-  
 mo; 3º His quibus læsa fui beneficium singulare rependi, quod non  
 fecissem, nisi læsa ab iis fuisset.

S. Vincentius Knibbe professus domus nostræ Bruxellensis Proc-  
 urator Gandam translatus est ad novam plantationem Antuer-  
 quensem, ut ibi fungeretur dicto officio Procuratoris, cujus industria

videbatur ibi necessaria, cum non haberet Rectorem et commode accidit ut D. Henricus Busseghem professor Lyre, qui ibidem tantum nomen coadjutoris assumpsit, eligeretur in Priorem a Conventualibus domus Lyre S. Martini, quem facie non noverant, sed tantum fama virtutum et probitatis illius ex relatione cujusdam religiosi qui cum eo Lyre vixerat, nam præterquam honestissimis parentibus natus erat, Antwerpiae atque benefactor domus suæ professionis non vulgaris extaret atque Licentiæ laurea decoratus nihilominus modeste et timore se gerebat, major animus et industria exterioris regiminis requirebatur in ipso sic nemo ex omni parte beatus.

D. Vincentius dixit se Gandavi acceptarum pecuniarum computum reddidisse extra opinionem Conventualium, qui interrogabant utrum ipse eas collegisset, et ex quibus domum vicinam coemerat, fundum Cartusie dilataberat.

Viri celebres ex Ordine nostro etiam in Hispaniis hoc anno vita excesserunt. D. Joannes de Paulanco professor et Prior domus de Paulari, alias Visitator provincie Castellæ et Prior domorum de Coris et Granate habuit plenum Monachatum et Anniversarium sub die obitus sui qui fuit 30 Novembris.

Item obiit 14 Decembris hujus anni D. Joannes Valero professor domus Scaltæ Dei et alias Prior ejusdem, nec non domorum Vallis Christi et Majoricarum habens idem beneficium, fuit Valentinus ex civitate Segobrigæ l. v. Doctor Salamanticensis et sacre Theologiæ baccalaureus scripsit multos codices miscellaneos ac præcipue Syppis mandavit diffusi-

Joannis Valeri Cartusiani differentie utriusque fori viri doctissimi et eminentissimi ac in Academiis Hispaniæ satis noti mentionem facit Antonius Diana in Moral. Poes. Unde merito multa ex eo collegi, inquit, in tractatu de paupertate religiosa.

rentias inter utrumque forum judiciale videlicet et conscientie in folio per  
Emmanuellem Rodriguez Typographum in Cartusia Majoricensi Insula  
Borealis.

16 Decembris Ter<sup>ma</sup> Infans Bruxellas regnum a senatu et populo excepta  
cum triumpho, et ignes lætitiæ indices excitati per compita.

28 Decembris circa meridiem hujus locis usuram amisit Magister  
Andreas Hornucheloo camentarius noster qui hanc novam domum et ecclesiam  
ædificavit, et ob familiaritatem quam habuit cum religiosis desideravit in  
cæmeterio nostro sepeliri; primo propter absentiam P. Prioris non fuit  
concessum, sed necdum sepulto commode supervenit P. Prior et ex de-  
siderio socii sui gener ipsius humiliter ab eodem sepulturam petiit,  
quam obtinuit si modo pastor consentiret; deducunt igitur sacellani  
corpus ad monasterium nostrum, sed volunt Missam cantare, et officium  
sepulture peragere; sed obtentis oblationibus Missam permittunt can-  
tare ne intempestive sacerdotem perturbarent; sed ea absoluta, ma-  
gis instant ut suo ministerio corpus tradant sepulture. Postulant  
videre quo jure interemur, ut eis negaremus ministerium quod in  
monasteriis monialium suæ parochiæ exequerentur. Respondit P. Vic-  
arius non esse hujus loci aut temporis, nec presente suo Superiore  
in domo posse hoc permittere. Certe ante 7 annis voluerant et obti-  
nuerant sepelire Somnam Helenam de Nerode in sacello S. Anne.  
Necesse igitur fuit ut V. Prior e cella evocaretur, et dixit sacellanis  
publice coram omnibus se non agnoscere in hac domo alium Supe-  
riorem quam Summum Pontificem sub cuius protectione degimus exem-  
pti a jurisdictione Diæcesanorum (qui nec potestatem habent aliquos  
publicos conventus convocandi sine nostro consensu secundum indulta  
Celestini Papæ anno 1199) et quia defunctus parochianus erat S. Catharinæ,  
P. Prior petiit a genero utrum non petisset facultatem a pastore so-  
cerum suam hic sepeliendi; quo affirmante sacellani protestatione  
facta discesserunt. Pollinctor candelas funeris petiit et accepit.

Hac hyeme in domo monachorum Gamay recessit e viuis S. Antonius Hous Prior ibidem tempore Visitationis dolore animi, ut quidem credebant propter quorundam contradictiones verius quam accusaciones, sed et qui maxime adversabatur ei infra octiduum aut paucos dies eandem lethiviam ingressus quare memento notissimarum et desine inimicari.

Conventuales rursus fortassis elegissent nostrum P. Priorem S. P. nonem d' Cutelbir qui erat ipsius domus professor, sed P. Visitator intimavit electoribus se non confirmaturum illam in Priorem absque consensu R. Patris Generalis, operam ejus necessariam esse huic provincie, in qua unicus et supremus Rector erat: non deesse in ipsorum provincia viros huic oneri pares. Quare elegerunt S. Ant. Shelmum de Pronville professum et Vicarium domus Valencenorum, qui nunc est ibidem Prior et Visitator.

Post electionem ejus antequam accessisset P. Visitator S. Petrus de Lion excepit professionem Novitii.

S. Antonius Hous dicitur semper hilaris et jucundus fuisse in Domino, et religiosos spiritualibus suis colloquiis recreasse sepius, nam spiritualis facundusque concionator erat nec dubitavit coram duce Arschotano Carolo de Croz qui solebat ad Cartusianos sepe divertere sermonem habere quem premeditaverat, pro laicis. Fuitque 8 annis Valencenis magisterque S. Ant. Shelmi de Pronville qui nunc est Prior et Visitator, et Gammis sacrista in domo professionis et amplius Procurator domus erat Audomaronensis.

Sub finem hujus anni fuit Ferdinandus Ernestus coronatus rex Hungarie.

Nec hoc omittendum felici hoc anno preteritum in magno foro quod Panarium vocant a Ser<sup>ma</sup> Belgarum Principe Isabella Clara Eugenia ornatum et pulcherimo titulo S. Marie pacis dicatum referente annum inscriptione quae in frontispicio litteris aureis legitur:

A peste famis et bello libera nos Mariae pacis

MDCXXV pacis p<sup>UBLICAE</sup> ELIZABETH CONSO<sup>CR</sup>ATA

Anno 1626 vite terminum figit 9 Januarii D. Antonius Semaretz professor Cartusie Prior domus Vallis Benedictionis prope Armonem, et Visitator provincie Provincie, alias Prior Allionis sed longiori temporis spatio 20 annis Vicarius fuit Cartusie sub R. P. Brunone et sub D. Hieronymo Marchant, vir venerabilis vite natione Belgae, habebatque Coadjutorem D. Joannem de Malde-man, non solum Novitiorum, sed et officialium et Conversorum ac totius Conventus directio illi commissa fuerat.

18 die ejusdem mensis, quamvis esset dominica et solemnitas Pl. Romi-nis Jesu, curavit Excel<sup>mus</sup> Dux Arschotanus celebrari in nostra ecclesia anniversary patris sui Principis d' Aremberch sed per musicos suos et secularem sacerdotem, quare Moniè conventuali subjungimus sextam diem et pridie post Vesperas ante completorium legimus integram Agendam pro eodem defuncto, quibus officiis præter Ducem alii etiam magnates ipsius Ducis affines et consanguinei interfuerunt scilicet princeps de Cymaz, princeps de Barbançon Dux de Pournelle qui Comes de Hemyn dicitur, Octavius Vicecomes.

Nec reticendum lepidum cujusdam pedisequi stratagemam, petiit a D. Vicario introitum pro nobilibus matronis et Dominabus, sed amphibolice utrum non possent introducere P. hedam in aream domus aut porta pateret P. heda. Presidens nihil suspiciatus quam Principes viros P. heda advehi amuit, sed ut vidit domicellas satis in-clamavit ulterius progredi, sed jam aream erant ingressæ, et Ducissa ut advertit turbationem P. Vicarii et errorem esse com-missum magis turbabatur et jubebat, ut P. hedarius retrocederet. Ad has voces accedunt principes viri, derident domicellas, sed et Pater consolabatur eas permanere adhuc in suo fundo, et circuitu aliquo facto per aream cum non pateret aditus illis ad ecclesiam recesserunt. Ecce quam stricte servabatur nunc statutum istud de non admittendis feminis quantumvis Comitissis et Ducissis, imo nec

Nota de non  
admittendis  
feminis.

Ser<sup>ma</sup> Infans Isabella Belgarum princeps unquam claustrum nostrum intravit,  
nec regina mater christianissimi regis quantumvis desideraverit et pete-  
rit ac 7 annis Bruxellis habitaverit.

Item Dux 16 Februarii curavit simili modo celebrari anniversa-  
rium primæ uxoris suæ, et dedit pro utroque 25 florenas ad piken-  
diam dandam Conventui. Audio eum in carcere Hispanico obisse  
25 Septembris 1640.

D. Jacobus Dierhoubt Ultrajectinus probus vir et cognatus Confessus  
nostri S. Nicolai Dierhoubt dedit quatuor mappas pro ecclesia qua-  
rum supremæ damascenæ sunt.

7 Februarii vivit, excessit DVX G. V. L. M. S. Bavarie Dux magnus  
factor Ordinis.

Epus filius episcopus et Princeps Leodiensis principem aram curat  
erigi in sacello Domine nostræ de fide prope Dinandum cum hac  
inscriptione:

Ferdinandus utriusque Dux Bavarie S. R. I. elector Princeps  
episcopus Leodiensis pro suo in sanctissimam Parthenomatern  
pro affectu et arcte fide hanc aræ summæ substructionem  
D. C. M. ad honorem divæ Fogensis Domine Fidei mirandarum  
curationum effectricis atque ad ejus statue post multa secula  
ex intestinis quercus amossæ lateris tandem eructe anno  
C10 CXCIX novim decus et ornamentum post innumera prope  
prodigia gratiarum post inæhausta beneficia unitatum, qui-  
bus longe lateque per orbem inclavit ad æternam iconomacho-  
rum confusionem et arcte fidei confirmationem donavit dedica-  
vitque anno 1623.

21 Februarii vitam cum morte commutat M<sup>us</sup> et R<sup>mus</sup>  
S. S. Edwardus S. R. E. Cardinalis Farnesius episcopus Tusculanus  
Ordinis nostri protector, qui Majori Cartusie legavit mille scuta  
pro cruce et sex argenteis candelabris deauratis cum suis insignibus

fabri fieri. Fuit filius Ducis Parmensis quondam gubernator hujus patriæ.

Bruxellis in bacchanalibus astutia exhibita fuerunt foro ex provocatio-  
ne cujusdam externi Marchionis Itali, ni fallor, maximam laudem pro-  
meruit quidam nobilis domesticus Principis de Barbançon qui annulum  
lancea excepit ac tenuit.

2 Martii podagra et animi doloribus migrat ex hac vita honestus  
vir Joannes Vander Schuren amicus et familiaris hujus domus qui  
multa obsequia gratis et munuscula ultra media et facultates suas  
non tantum officialibus sed quibuslibet monachis et laicis prestitit, nam  
singulis annis cuique librum dabat, vineam putabat et ligebat, etc.,  
sed quod numerosa prole gravaretur, jamque ad ætatem maturam  
pervenissent filii nec tam feliciter ageretur cum ipsis ut eisdem  
opitularetur ad extremam paupertatem se redegit, cum ante  
vir dives et inclitus haberetur, sepultus est quarta die a nobis in

*Nota de ambitu cœmeterio, rogabant filii locum sepulture in ambitu sed quia non  
nondum consecratus.*  
erat consecratus, et ad evitandum majores expensas facile conenserunt  
sicut et pastor noster, quia alterius parochie erat, et dicebamus nos  
inducturos nostrum Priorem ad ineundam concordiam cum ipso, que  
sub finem quadragesimæ tentata fuit sed nondum imita, interim  
citaverat primogenitum ad domum civicam ut solveret jura, sed  
excusavit se verbis presidentis non bene intellectis quod nihil de-  
beret scilicet donec concordatum esset inter nos. Interim honori-  
fice secundum statum suum sepultus fuit. Ex unoquoque ordine  
medicantium vini religioni adierant et sodalitas quam Culdren vo-  
cant gladiatorum, cujus ipse fuerat decanus. Postea mobilia ejus  
fuerunt vendita, et vidue multas elemosynas prestare debemus.  
Habemus tabulam ubi ipse cum uxore et prolebus ad vivum  
depicti sunt.

19 Martii R. P. Petrus Cotton Societatis Jesu Theologus et præ-  
dicator insignis inter molestias quas politica et inimici ejus susci-

Salant. vita defunctus est uno atque altero die citatus a iudicibus regni et interrogatus quid de potestate regis et pontificis censeret cum sociis ob liberum editum a quodam Patre Societatis utrum liceret interficere tyrannum, sed petebant utrum liceret pontifici excommunicare regem, quamvis dicerent non subesse causam et se tenere eandem sententiam, quam tenent Doctores Sorbonæ non satisfaciebant illis, fuerunt publicata eorum responsa, et videntur inimici morte subita istius patris conquiesisse, funus publice expositum, atque aqua lustrali a frequentiori populo aspersum.

Er<sup>ma</sup> Infans Trabella effigiem sculptilem B. Virginis Mariæ dono acceperat a nobili viro Gulielmo Langio genere Scoto Abredoniensi videlicet, quam constat traditione apud omnes a sex seculis habitam fuisse in magno honore et veneratione, et speciatim ante 200 annos a sancto Gavino episcopo Abredoniensi qui pro sua in Deum, ejusque matrem pietate aliquando ardentius coram hac effigie B. Virginis oraret, vocem hanc dixisse de bono successu apud Augustinos, vivit us accepit: Euge o Gavine, postremus tu hic eris episcopus, eorum qui salutem consequentur eternam. Non obfuit miraculo fides. Nam ipsum episcopi aliquot exceperunt proh dolor! Scotium misere possidet. Is autem Langius tam insigni munere adfectum voluit Infantem, quod eam sciret B. Virginis Deiparæ impense admodum studiosam: et quia bello, quod inter duos reges tum instare videbatur, eandem statuam subtrahere desiderabat. Quapropter ne quid ab impiis injuria pateretur clanculo eam navi regis catholici imposuit, quæ in portu stabat Abredoniensi. Fuit ea navis Dwynercham deducta presidio duarum navium bellicarum magni regis Britanniæ, ac inter pericula gravissima, quæ ab Hollandis piratis est perpessa, salva et incolumis permansit. Vincuntur autem hæc statua B. Virginis a bono successu, vulgo dicebatur

Effigies B. Ma.  
vix de bono successu  
apud Augustinos, vivit us accepit

Infantem coram ea Synkerche orationem suam fecisse quando clavis  
 Hollandorum dispersa fuit, sed certum auctorem non habeo. Hoc anno par-  
 tus Virginis 1626 die 3 Maii in urbe Bruxellae sacello regio <sup>ma</sup> Ter In-  
 fantis magnifice producta fuit jam saepe memorata Seipare statua  
 atque eodem die ad templum Augustianorum translata. Erat protosissi-  
 me adornata stans in fenestris deaurato, quod auleis magnae estimationis  
 erat circumamictum. Succollabant illud sex religioni eorum Ordinis, ac  
 deinceps facto intervallo totidem Patres Ordinum aliorum Mendicantium,  
 Ordine quique suo dictam statuam excipiebant. Sequebatur Ill<sup>mus</sup> Do-  
 minus Jacobus Boonen archiepiscopus Mechliniensis sacram Hierothecam  
 sub umbella seu baldachino deportans, quod itidem 4 Augustiani sus-  
 tentabant. Subsequebatur Ill<sup>us</sup> archiepiscopus Patracensis Joannes Franciscus  
 ex comitibus Guictis a Palneo in provinciis Belgiae et Burgundiae  
 Nuntius apostolicus, cui lateralis erat Ambrosius Spinula <sup>Testi</sup> Mar-  
 chio supremus regis catholici militiae praefectus. Excipiebat <sup>ma</sup> Ter In-  
 fantis Isabella Clara Eugenia muneratix quam diversorum consilio-  
 rum senatores omnes atque universa Nobilitas una comitabatur. Persona-  
 bat urbis aes campanum majus, honoris et laetitiae signum publicum.  
 Ab meridie panes distributi, in memoriam illius, qui verum panem  
 caeli nobis distribuit supra mille, nec non pecuniae in pauperes scho-  
 lares erogatae. Ad haec ignes triumphales excitati, ac varia honoris et la-  
 etitiae signa exhibita, quibus ad melior bona haec chronographica annum  
 hujus translationis denotantia.

Alte r Vbts ardens In Ca Ml Vbts

Item

La Alte LVX MVn DI

Sominica sequenti 10 mensis Maii Patres Capuchini celebrant  
 beatificationem B. Felicis laici ipsorum Ordinis primi, et templum  
 quamvis tantum foliis et rovis ex corone atque nonnullis columnis  
 ornatum fuerit artificium tamen superabat materiam et quodvis

aliud ornamentum ex auleis et pretiosis clenodiis, non ibi horum  
 viselatur, sed quod auro constabat, sumptus suppeditarunt, prin-  
 cepe Cymay et Dux Archobanus quorum germani fratres Capucini  
 duo presentes aderant. Gregorius Nazian. de Gallo et Juliano lo-  
 quens, Jam, inquit, sumptuosissimis martyrum monumentis  
 et donariorum magnificentis, omnibusque aliis rebus, quibus di-  
 vinus timor velut nota quaedam exprimitur, sapientiae studium  
 Christique amorem indicabant, quod de praedictis piis prin-  
 cipibus dici potest.

Item in Germania S. Roberti archiepiscopi Magdeburgensis  
 (qui Ordinem Ramonstatensem instituit) corpus e terra levatur,  
 et anno sequenti in urbem Pagensem illustri pompa inferitur.  
 Honorare decet Sanctos, ut amicos Christi ut filios et heredes  
 Dei.

17 Maii Dominica Aerdia ejusdem mensis fuit consecratus in  
 archiepiscopum Casariensem . . . . . elemosynarius viae Celitudi-  
 nis atque in ejusdem aulae sacello qui hanc nostram eccle-  
 siam frequentare solitus erat. Pater Cratorii Parisiis in Belgium  
 ab Isabella archiduce evocati Loranii domicilium collocant, a  
 Jacobo Boonen archiepiscopo Mechliniensi dotati. Vivunt ii ad  
 formulam a Petro Cardinale Beullio praescriptam. Ex oratorio  
 Loranien- Mechliniense (ubi et scholas juventuti aperiunt)  
 Bruzellense, Montense et Mellodiense et alia alibi prodierunt.  
 Recte affirmat Leo Papa res humanas ~~ut~~ esse non posse, nisi  
 quae ad divinam confessionem pertinent, regia et sacerdotalis de-  
 fendat auctoritas.

Interiora aedificii ad portam circa festum Ascensionis abso-  
 luta fuerunt, et carpentarii diocesserunt, habuimus autem scena-  
 rium domi Hieronymum san ex Sancto Audomaro, qui Me-  
 chliniae paulo post obiit.

Tercia feria post festum S<sup>c</sup>i Trinitatis 16 Junii V. P. Prior saluus et incolumis rediit ex Cartusia confirmatus Visitator principalis cum socio assumendo, vix ergo par ei inveniebatur in provincia cui socius non datur, qui parrem haberet potestatem.

Tunestus fuit hic annus præteritus: obierunt enim 70 Monachi, 34 Conversi, 16 Sonati, 5 Moniales; personæ 131 et honesta mulier Nobilis Bona oblate domus Cusiatti, 19 Piores actu præcedentes.

S. Antonius Percheron centenarius.

D. Antonius Percheron professor et antiquior domus Montis Dei plusquam centenarius.

D. Gabriel professor domus Astensis qui ultra 63 annos laudabiliter visit in Ordine.

(Habetur in carta hujus anni (ad quem etiam forte melius refertur) abbas S. Joannis Angeli de Spenis Prioris domus Neapolis et olim Romæ viri plane magni anno superiore laudati.)

Soror Gislena de Warlineour Monialis domus Gannay quæ 66 annis et soror Isabella de Bergues quæ ultra 82 annos laudabiliter viscerunt in Ordine.

Hæc exempla ostendunt nec pro sanitate conservanda nec pro vita proroganda nec demum pro vitandis detrimendis esu carniū opus esse. Illi arbitrantur, inquit Hieronymus, carnes sanitati congruas, qui volunt abuti libidine, et in cenam demersi voluptatum ad coitum semper extant, christiano sanitas absque viribus nimis necessaria est. Et S. Guilielmus de Hyporegya in tractatu de Origine et perfectæ religionis ad defendendum Ordinem Cartusiensem animosè respondet oblocutoribus, Quia melius conualescimus nos Cartusienses et sanius et diutius vivimus quam vos carnivori.

Inter seculares obierunt:

Illustris et R<sup>emus</sup> D. Hieronymus de Villars archiepiscopus et Comestienensis benefactor domus Lugdunensis. Erat frater prædecessoris sui Petri

de Villars genere, doctrina et dignitate clarissimi, et Gasparis presidis Lugdunensis qui invenitur in sequenti carta cum beneficio Ciceronarii.

Honorabilis vir D. Bartholomaeus Rossaldi benefactor Cartusiae Balthem obit 23 Aprilis et D. Joannes de la Traye benefactor Cartusiae Lugdunensis obit 19 Junii.

De ordinatione Provinciae.

Priori domus Leodii (S. Martino Sleigers) ad suam instantiam fuit misericordia, et electionem damus Conventui, et Prior absolutus eligat sibi domum ad formam statuti. Non alio animo quam obedientiae praecepto petisse misericordiam aut absolutiorem condermatio animi ad hanc inopinatum mutationem satis declaravit quam tamen satis constanter tulit atque apud suos degere maluit meliorem fortunam expectaturus, a suis conventualibus fuerat ex Procuratore electus in Priorem vir probus et oeconomus, quamvis non ita litteratus aut spiritualis abolitionis causam nunquam intellexi, circa discessum P. Visitatoris ad Cartusiam litteras magna sollicitudine directas audimus, et pro certo mutationem Conventuales expectabant, mirum si haec Priorem latuerint.

Et quia P. Prior noster Visitator Provinciae non audebat propter pericula itineris ob bellum praesens electioni eorum destinavit Priorem Diestensem qui seniorem domus S. Hermicum ab Ortho assumpsit in collegam, unde bonus senex gauderet in extrema aetate se isto honore affectum, et habere quem optabat Priorem, electus enim fuit a majori parte Conventus S. Franciscus Francisci Leodiensis Vicarius ibidem, qui ingenio, doctrina excellabat. Fuit cum eo electus sed paucioribus suffragiis D. . . . Christiani Procurator qui etiam prudens sufficienter doctus, et a P. Visitatore dilectus habebatur.

Gaudebant Conventuales plerique omnes de tam idoneo pastore, hinc si consilio causa P. Leniorem accessisset, remitteret eum

hunc versiculum ex Psalmis recitando, Intende prospere procede et regna.  
 Lucebat ex longo usu se non habere consortium in regno, et jam subdi-  
 tum esse.

Subjectis populis pars libertatis videri solet a suorum aliquo guber-  
 nari; predecessor quidem eorum compromissus erat, sed quia hic doctrina,  
 ingenio præstantior et animosior erat merito gaudebant. Vetus dictum  
 et verum: Potior est exercitus errorum Leone ductore, quam Leonum  
 cævo duce, ut videamus omni Gentium sententia quantum possit  
 ardor animusque excelsus quantum secum detrimenti damnique  
 trahat mens vilis et seipore quodam cincta. Leo nimirum unus Ad  
 cævas leones facit: ita accensus ductoris animus in reliquos ardorem  
 ignemque diffundit; mens seipida ducis in omnes seiporis languorisque  
 sui minus jaculatur. Dabo igitur Carmen pulvisi gaudii Index.

Venerando in Christo Patri D. Francisco Francisci in Piren Car-  
 ausie Leodiensis a Conventualibus electo, hoc carmine congra-  
 tulabatur unus e filiis.

### Chronographicum

DVM Virgo Ultharet Elizabetha Pater e Litgebat Vr.

Ærosum quatuor pueri, tellure remoti

Suspensi ut fierent, excogitasse ferunt.

Ubi neque tellurem Aragens nec sidera castum

Extuerent, hærens in regione Noti.

Extulit in cælum: ab non quod retineret habebant.

Clamabant calcem, saxaque forte citi.

Et sic consilium Æropi permansit inane,

Nil operis sequitur, arc fabricanda mandat.

Te, Venerande Pater, pietas, doctrina moresque

Extulit, ingenium, religionis amor.

Te legit Deus Omnipotens, animasque Averi

Et stultas jussit reddere ab ore lupi.

Sydereas conaris ad hoc relevare labantes  
 Arces; sydereo culmine casta stans  
 Attamen est actum tecum prudentius: arci  
 Subjecta est quadruplex forma columna Arcis.  
 Illius est arcis prudentia prima columna,  
 Crimina parva licet dum fugienda mones.  
 Incipit a parvis vitium sed parva nocentur.  
 Maxima ne fiant parva cavere doces  
 Parvula qui stulte ridet, quia nulla videntur  
 Impudens ridet post breve magna luct.  
 Qui protulit fibras caules male demit adultos  
 Qui sapit, accepto vulnere, sero sapit.  
 Justitia hinc sequitur stans arcis firma columna  
 Dux jus pro meritis reddere cuique jubet  
 Judicium ratioque latus confirmat utrumque  
 Haec iram mitigat, durius illud agit.  
 Ne fera praecipitet durum sententia fulmen  
 Temperat irati iudicis illa faces.  
 Ne lenis imbelli sententia fulmine parcat  
 Asperat egelidi iudicis illa faces.  
 Si dubium est ratio dubium trebile moratur  
 Iudicisque premit praecipitantis iter.  
 Inconcussaque manent prudentia, iudiciumque  
 Et stant quaeque suo firma columna loco.  
 Tertia castro illi quae substas in ordine virtus  
 Tantum animosa decet pectora, sola cupit  
 Haec facit ut fortis constans patiensque voceris  
 Sulptraque praefertur tessera Disce pati.  
 Subiectione alios mundo res Hercule digna est:  
 Lampronem superat qui sibi se domuit.

Quarta columna subest, quæ temperat omnia virtus

Et jubet ut semper sit procul omne nimis

Nam nimis in rebus confundit cuncta maligne

Optima ne fiant pessima, tolle nimis.

Vina ceresque suo vitam moderamine servant

Per nimis accelerant, vina ceresque necem.

Quid? quod et infestat musas: est discere virtus

Si nimis accedat, discere virus erit.

Parcere, puniri, terere, timere, placere

Deme nimis, virtus, adice virus erit

Ergo docens factis melius, quam voce magistras

Qui jubet exemplis fortiter ille jubet.

Sic pascendo gregem, sic corda regendo tuorum

Post hoc nemo suum volo Voloque colet

Hic vir, hic est, tibi quem concedi sepius olim

Cartusiana domus, optasti e millibus unum

D. Joannes d'Anthime in hac domo secundo jam hospes remis-  
sus est ad domum Lovanii suæ professionis ut exerceret ibidem  
officium Vicarii quo adhuc officio in eadem domo et pluribus aliis  
hujus Provinciæ functus fuerat et in hac Magister aliquot Novitiorum  
institutus quoniam vir probus et modestus, atque appime in cere-  
monis et statutis Ordinis exercitatus, atque illud Horatii adimplebat  
Nocturna versate manu, versate diurna. Libentius habitabat Brussels  
cum jam cellam ad formam Ordinis nactus fuisset, suspicabatur  
ab aliquo emulo reditum ad domum professionis fuisse procura-  
tum, sed illum P. Prior domus Lothiæ D. Emmechovius hoc dedo-  
cuit et affirmavit beneficium esse Superiorum se brevi eum secu-  
turum; nam eadem mutatio facta est in domo Lovaniensi siquidem  
D. Arnoldus.... ibidem Vicarius remissus est ad domum Leydiæ suæ  
professionis ut ibi exerceret officium Vicarii. Fierat institutus per exter-

nos Commissarios et Conventuales egre ferebant hospitem officialem in sua domo cum idoneas haberent personas professoras et alias domibus solerent submittere et suppeditare.

Priori domus ~~Latone~~<sup>Phena</sup> Anglorum non fit misericordia. Et districte precipimus P. Priori et Conventualibus ut nihil penitus agant pro mutatione loci nec emant nec vendant sine expressa licentia P. Visitatoris. Nam quia absque dicta licentia et consilio Superioris emerant Furni in Flandria locum Deus irritum reddidit negotium, siquidem Magistratus se opposuit, et Pensionarius tamen qui maxime illis adversabatur brevi post de medio sublatus est pro morbo, Pater vero Visitator Neportum se contulit in fine Julii ubi obtinuerunt locum eis hactenus denegatum. Pulchrum in patriarcha Abraham habemus obedientia exemplum qui nunquam de uno in alium locum movebat tabernacula nisi ex jussione Dei, et sic esse faciendum etiam Ethnicus Virgilius docuit Bencidos.

Quem sequimur? quove ire jubes? ubi ponere sedes?

Da Pater augurium atque animis illabere nostris.

Amis circiter <sup>30</sup> Cartusiani Angli habitaverant Neeklinia atque preclaras aedes pretio emptas possidebant nec non pro contiguis cum vicino monasterio Monialium litigaverant praesidentes ibidem ad formam Ordinis monasterium edificare, postea sententiam mutaverunt quod ex pensione regia pauca reciperent, et e contra a catholicis viris in Anglia regno non contemnenda eleemosynae mitterentur praestaverunt Neportum ubi Anglia proximum in quo oppido hac estate septem cellas edificaverunt, atque eo mense Septembris commigrarunt.

D. Max. de Plouven Noxæ plantationi in civitate Antuerpiensi pastore oblati præficietur in  
 Rectoriam domus <sup>ficionis</sup> in Rectoriam D. Maximilianum Plouven professum Car.  
 Antuerpitæ, pro-  
 fessus domus Car. Auzæ. Fierat is secretarius legionis Comitum d' Emden atque ejusdem  
 Auzæ Majoris.

Comitis supremus rectoris aut magister domus, vir notus in Belgio ob ejus animi doctos et doctrinam atque industriam provectoris etatis sed celebs ante sex circiter annos profectus fuerat in Cartusiam cum D. Joanne de Meldeman ut supra scripsisse me credo, quem nunc P. Visitator reduxit, sed diu non supervixit nec adjectus sicut ipse sperabat et decebat.

D. Paulus professor Diestensis a P. Visitatore super annum in Procura-  
torem Monialium institutus confirmatur. Taxa Provincie 47 vs 50 st.

F. Sebastianus Soticus Vicarius Cartusie.

Cum huic Capitulo presens adesset P. Prior noster transegit cum R. Patre pro emptione bonorum in Kemmel, que erant Capituli generalis, pro quibus dedit circa undecim millia florenorum plus vel minus, et quia non habebat pecuniam paratam, quod jam multa edificasset, et pecunie D. Brunonis Eudenhagen partim, ni fallor, fuissent applicate ad solutionem molendini in Molenherck obtulit supplicationem R. Patri ex consensu Comventus vendere parvas hinc inde terras sicut fuerat a quodam officiali suggestum, et non integram villam S. Anne pro qua obtinuerat predecessor ejus facultatem, sed sicut ille executioni non mandavit. Sic presens Prior improbanit integram villam vendere, diversis igitur locis 12 bonaria terre unum jornale cum 86 virgis publice vendita sunt qui plus offerebat, hic habebat, qua ratione justum pretium habuimus aliquam in bono territorio et pingui sita erant sic in supplicatione gallica fere describuntur, Premièrement deux bonniers et demy de terre situez au village d'Asche. Item un bonnier de terre situe' audit village Cypen Latier, Item un bonnier 86 verges situez audit village. Item un bonnier de bois audit village nomme' le Littart charge' annuellement vers les pauvres d'Uyck Capelle de trois vertels ou quartier de soille. Item cinq journaux de terre situez sur le lundecouterne en la paroisse de Wolverthen, Item un bonnier de terre seant optem Winchele a Coonincaloot pres Strombecke paroisse de

Vilvoorden. Item 2 journeaux de terre situez au village de Marchene sur le Morecouterre. Item demy bonnier de prez situe dessous le Hanskensberck paroiſſe de Steenebeke charge de 4 sections de soille deux chapous et cinq sols par an. Item six journeaux de terre situez a Watermale aboutans aux terres de monasteres du Roocloeters et de ter Cammere, et de l'hospital de S. Jean a Bruxelles.

Honestus juvenis Magister Cornelius Heylaert Antuerpiensis 23 circiter annorum receptus fuit a P. Priore ante discessum ejus ad Cartusiam, incepit primam probam 20 Aprilis, et ad osculum receptus 21 Maii in festo Ascensionis atque demum a P. Priore incellatus 16 Junii.

28 Junii D. Bruno Van Cudenhagen institutus est succinator chori, et eodem die Illustris D. Joannes Le Vasseur fundator Cartusie Insulensis communicavit sub Missa conventuali non sine nostro gaudio et edificatione, cui et carmen obtuli compositum a S. Gerardo quod invenitur in principio libri de Originibus Cartusiarum Belgicarum et alia in Ordine elaborata videlicet Vado Mori, quod sic ipsemet intitularit quod P. Prior peteret a me an dedissem, ipse haeres pro me responsum dedit, et forte tunc etiam dedit parvam imaginem B. Virginis Maryis ornatam phigio opere, quae est in sacello anteriori supra altare.

Eodem quoque die Germanus nostri Novitii Cornelii Heylaert obtulit primitias opificii sui imaginem Christi de cruce deponentis, quae in cubiculo mulierum suspensa fuit; ipse pector juvenis adhuc obit in Francia Aurelis, ni fallor.

Sub finem mensis Julii, V. P. Prior restituit sufficientes praedicatores pro laicis, quod valde necessarium erat, nam sic semel in mense audiebant concionem non in modicum fervoris et devotionis detrimentum.

Recepit et filium vicini molitoris puerum Joannem

Cauter pro pediseque famulo, quem paucis deinde mensibus P. Procurator domum remisit quod audax et dissolutus atque pecunia et a nimia matris indulgentia corruptus ut sic dici liceat, nam ad vanitates ea utebatur.

Joannes Caysten Buscoducensis juvenis circiter 22 annorum 18 hujus mensis receptus ad osculum, et ultima die mensis post Vesperas incellatus, qui postea defecit; sed et Aibalus D. Prioris inter eundem soluta fuit quod non accepit pro bono omine quod forte vanum videtur, sed non illud quod Magister P. Vicarius quæreret, coadjutores qui illum adirent et horas legerent cum eo, nam dixi me adhuc tali modo supplantatum fuisse propterea post restitutionem nobis amplius adire aut familiariter cum eo agere: laborabat hernia, ideo maxime discessit atque Coloniae pingue beneficium obtinuit si vera est fama.

Sequenti die prima Augusti sub finem privatarum Missarum spiritum emisit frater Joannes Schellekens Tyrannus Conventus hujus domus et pro hunc portarius, etatis suae circiter 46 annorum, professionis 24; procerus erat staturae et blondus sartor industrius et laboriosus et dexter in agendo multa obsequia domui praestitit, nam bis fuit dispensator, et interim praerat pistrino braccatio, radebat etiam religiosos, sed cum fuisset absolutus ab officio dispensatoris secundo incepit animo deficere, et videbatur resumpsiisse cum P. Prior post mortem fratris Thomae anno 1622 instituisset eum portarium tanquam fidelem et necessarium pro hac domo, quod officium ut sedulo exequeretur, et expectationi P. Prioris responderet aliis omnibus munitum remisit, nisi quod lavaret vestes aut zonas pro exercitio suo texeret. Post festa Paschalia adhuc munus pariter cum horologio acceperat excitandi fratres ad Matutinas quod praeter ceteris plerisque diligentius ecclesiam frequentaret, verum jam ab aliquot mensibus inceperat ~~et~~ huius laborare,

atque valetudinem ejus non parum labefestasse creditur recens ædificium ad portam, ubi in demisso cubiculo dormiebat, et famus est invenisse stramina lecti sui putrida. Preterea videbat peduculis quos accipiebat a pauperibus quibus in porta ministrabat, sed tanta copia suspecta erat divitiæ alicujus animadversionis, qui in vita tam vitidus apparere studuerat nec vellem hoc asserere cum vires illi deficerent non poterat sibi opem prestare, et forte negligebatur. Communicaverat in festo S. Jacobi patroni sui et parabat facere confessionem generalem D. Christophoro, qui breviter instructus offendit illum agonizantem, quapropter cucurrit ad P. Priorem cui aderat D. Vicarius, et viventi ac spiranti generalem absolutionem impertiti sunt atque extremam unctionem, quare tutius est semper prevenire quam preveniri. Eodem die post Vesperas sepultus fuit nimis festinanter. Ipse in vita sua suos manes et afflictiones passus est. Facit ut post mortem Deum invenerit propitium.

Eodem die Oldensalia in Transsilvana provincia ab Ernesto Nassovia Comite pro Hollandis obsessa expugnataque est, et fuit velut aurora futuræ prosperitatis.

Inter alia media quæ a diversis consiliariis excogitata sunt ad rebelles has Belgii provincias domandas, hoc quoque visum est novissime probari in commune, si eis navigatio secundum Rhenum intercipi posset, quod futurum erat si Mosam in Damberram Antuerpiam usque deduceretur et Rhenus in Mosam parvis impendiis fieri posse judicatum est, siquidem per quatuor dumtaxat milliaria fodere necessum videbatur, et hac via transigi commercia, et regis portoria augeri totamque regionem reflorescere posse non improbabile erat.

Per hanc viam regis provincia plenis velis navigare possent.

et merces importare in Germaniam superiorem, et ex illa p[ar]te Colonia Juliaci, Clivia, Westphalia, Treviri, Mosi, Palatinatu, Francofurti, et totaque Rheni tractu trajici in hanc inferiorem Germaniam et per totam Belgiam commode distrahi. Quae res odium utriusque minueret apud principes Germanos et dolorem temperaret, quem ob negatam a rege catholico commerciorum libertatem conceperunt, hac itidem ratione hostium vires minuerentur et merces direrentur praesertim armamentariorum naves, quas magno numero mittunt in Germaniam, ex quibus ad eos quoque maxima lucra redeunt opificiorum etiam varia exercitia apud eos evanescerent.

Hunc aquae ductum vel alveum Geldri auspiciis Henrici Comitis Bergensis hoc anno 1626, 21 Septembris inchoarunt, cujus latitudo 20 pedum est plus minus, cujus molitiones hostis intervertere vel disturbare attentavit, ipse Comes manu militari fortiter eum repulit captivis mille, plus minus equis abductis et signis castrorum ad Atholum maximum in S. Gudula suspensis, praecleara de superbissimo hoste trophaea statuens. In nostro ambitu conglutinata fuerant ad delinendum hunc aqueductum, longus est octo milliaribus, et hic dicitur latus 50 pedum cum 24 fortalitiis: homines proponunt Deus disponit qui dissipat consilia gentium et reprobat consilia Principum.

Cum rebellibus Francis terra marique certatum est, et iidem utrobique victi, hoc vero posteriore, quo Dux erat Guisus Pupellano- rum praedonum classe donita, Rea insula Ludovici regis in potestatem redacta.

Quae dum in Gallia geruntur, in Italia contra Germanos et Hispanos, quorum in clientela isti sunt, Francorum exercitus duce Lidugero magistro equitum pro Sabaudiae principe pugnabat.

Germaniam vero crebris excursionibus ac latrociniis infestam habet Mansfeldius, tumultuaria praedonum collecta manu, qui ab Cellio

fortissimo imperatore profligatus ad Gaborem Transilvanum profugit: indeque per fines Turcicos ad Venetos contendens incredibile catholice commoda partium et gaudio perijt hoc anno 1626. Dixit res in eo Viriatum Lusitanum, Eunum Syrum, aut Albertum Brandeburgium revivisse.

Pothlenus Gabor pacem petebat ab imperatore, Mansfeldius collisionem metuens Venetias procurare instituit, traditusque Viniariensi copius in Bomiæ corripitur dysentericæ malo atque varia coquens animo inter molitiones novas versatilem emittit animam. Viniariensis quoque Transilvani ingemiscens consiliis subito absumitur. Hos præcesserat christianus Brunsvicensis insanus episcopus Halberstadiensis 16 Junii 1626 Wolfenbystum pulsus in febrem incidit, nec ante tamen animam quam quatuor ulnarum longitudine duorum digitorum latitudine vermem emisit, ut quid terrenus homo (cum per terras varie sparso ubique veneno serpentis instar serperet sinu gestarit, natura testaretur.

Inter Ferdinandum II Cesarem, et Gaborem Transilvanicæ principem Romæ in Hungaria mense Octobri pax concluditur.

Magnates Ordinis nostri amici obierunt hoc anno et primum 29 Junii Illustris et R<sup>mus</sup> DD. Cardinalis a S. Lusanna Ordinis nostri vice protector, Societatem Jesu ex asse heredem conoccupavit ni fallor.

Item 16 Septembris Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> DD. Dionysius Simon Cardinalis de Marquemont archiepiscopus Lugdunensis Galliarum primas, Parasinus ex Auditore Rote sacri Palatii assumptus anno 1613, anno 1616 6 Junii Ecclesiam Cartusianorum dedicavit, cujus etiam Cartusie benefactor existit.

In Belgio item Hermannus Attembergius patria Norimagensis, olim etiam Romæ Auditor Rote, post episcopus Attebatensis et Cratorii

ad Romanam S. Philippi Neri formulam in urbe Ruacensi fundator ac dotator pariter hoc anno 1626 moritur. Pro dicta fundatione magnam vim pecunie post mortem reliquit.

Vitam una cum armis reliquit 29 Septembris Eccl<sup>mus</sup> S. Franciscus a Roma Dux de Lesdigueres Comestabilis Francie etate grandævus quam in armis et quod pejus est in heresi contriverat, a decem circiter annis redierat ad castra catholice Ecclesie, Gratianopoli fere degabat, et erga Cartusianos benivole se gerebat, quem etiam omnimodis demereri studabant, atque interdum se ad Cartusiam conferebat etiam tempore Capituli generalis. Hinc puto Cartusianos non parum contulisse ad ejus conversionem, et per totum Ordinem habuit Messam de Domina et Anniversarium.

Mortem oppetivit 30 Octobris Ser<sup>mus</sup> Princeps Ferdinandus Gonzaga Dux Mantuæ et Montis-ferrati, regnavit ab anno 1612, successorem reliquit fratrem Vincentii qui eum brevi secutus est.

In Ordine nostro atque in Italia fato extinguitur 17 Septembris S. Franciscus Belly professor domus Mediolani alias Puz domus Casularum Petreæ Castri et Astensis; habuit plenum Monachatum.

Talis est vita mortalis, ut nec ipse Dominus aliter ab illa exiret nisi prius degustata morte. August.

27 Septembris magna cum devotione celebratum fuit jubileum seculare anno 1625 Pruzellis, quod Summus Pontifex concesserat. Belgio pro duobus mensibus secundum discretionem Ill<sup>mi</sup> archiepiscopi Mechliniensis, qui etiam nobis Bullam misit et gratiam jubilei concessit, sed quandoquidem jubilei indulgentias lucrati fueramus anno superiori, dubitatum fuit utrum adhuc ejusdem gratiæ capaces essemus: hinc ad R. D. archipresbyterum scripsit P. Richardus Vicarius in hunc modum:

Admodum Reverende Domine, pro Bulla jubilei, quam Reverenda Dominatio vestra nostro portario nuper dedit, maximas ago

gratias; arduius quidem quam urbanitas et gratitudo postulent: sed hoc, quia ista Bulla non fuit mihi citius communicata. Gavisus sum legens 12 articulum declarationis Ill<sup>mi</sup> D. Archiepiscopi gratiam jubileam promulgantis; quod mihi videatur nos juxta illum articulum illius gratiæ participes fieri posse intra terminos nostræ solitudinis consistentes. Necdum tamen id confratribus nostris proponimus, quia precedenti anno ex specialibus Sac<sup>e</sup> Sanctitatis concessionibus (quarum copias, nobis, si placeat, remittendas, his junxi) licitum fuit nobis jubileum promereri. Porro Congregatio Concilii tantum semel acquirit indulgentiam per jubileum, et semel tantum a casibus reservatis quemquam posse absolvi declarasse mense Maio anni 1620 prodit Vicent Tilluctus Tom 1<sup>o</sup> qq. Moral. Tract. 8, cap. 10, num. 261. Cui declarationi idem Tillucius dicit standum esse licet antea probabilis esset, posse quemquam pluries absolvi a casibus reservatis, et uti facultatibus quæ in jubileo conceduntur, ac toties quoties acquirit posse jubilei indulgentiam in anno sancto. Angel<sup>us</sup> nostram dubitationem textus vestre Bullæ, qui sic habet: Dat. de qhene die in dese stadth Van Boomen de gratie, etc. nec postea fit mentio religiosorum strictionis clausuræ sed tantum religiosarum. At quidem uno dicit, de alio dissimili negare videtur, unde inferendum videtur qui hoc jubileum alibi quam in urbe promeriti sunt in Religio iterum hac vice promereri facultatem non habent. Admodum Reverenda Dominatio Vestra suam caritatem faciet si quid in hoc dubio faciendum sit nos certiores facere dignetur et sibi necesse validiori me devinciet qui sum Admodum Reverendæ Dominationis Vestræ obsequiis deditissimus. In Christo Richardus Cartusæ Brunelensis humilis Vicarius 30 Septembris.

Reverendo Christo P. Vicario monasterii Cartusianorum amico meo.

Reverende in Christo Pater, dubitationem vestram circa jubileum promerendum a Patribus vestris proposui per Secretarium Dominum

Comis Ill<sup>mo</sup> Domino, qui resoluit extra dubium esse quod Reverendae Paternitatis Vestrae a gratia communi non sint exclusi possintque et hoc promereri jubileum non obstante quod ab particulares rationes particulari jubileo gavis fuerint, ceterum poterit R.P.V. aliquem mittere ad dictum S. Secretarium et amplius mentem Ill<sup>mi</sup> Domini intelligent, et ab eo recipiant copias mihi transmissas, pluribus nolo R.V. avocare a suis ordinariis exercitiis Deum tantum oro ut et ego orationum vestrarum patrocinium et efficaciam persentiam raptissime hac 2<sup>a</sup> Octobris 1626 R.P.V. scriptor. Henricus Calenus.

Adhuc locus datur Bullae pontificiae, quam dignam censui hic describere.

Urbanus episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo, in voce exultationis: non enim ut in vetere lege sacerdotalis buccina clangore, sed apostolicæ vocis oraculo sacrosanctum jubilei annum jam regis seculorum beneficio appropinquantem vobis evangelizamus. Annum divino cultui dicatum, ac ferventioribus Christianæ pietatis studiis destinatum annum remissionis ac veniæ tempus acceptabile, dies salutis. Licet enim nulla excurrant tempora, quæ divinæ largitatis muneribus fecunda spiritualibus nos non cumulent bonis, ac nunquam ad ineffabilem Dei misericordiam ejus aspirante gratia nobis aditus præcludatur, nihilominus hoc tantaque eo anno ad hominum sanctificationem beneficia cælestis promanant, ut pene omnes sacros thesauros divina munificentia in Christianos diffundere videatur. Quapropter si quinquagesimus annus, quem Deus Moysen sanctificare jussit, incredibili Hebræorum plausu, atque inestimabili gaudio excipiebatur, quanto magis decet christianum orbem sacro jubilei anno recurrente letari? Laboriosa eo tempore agriculturæ

opera intermittebantur: nunc proprio quisque parcens labori  
 fructus quos Christi Domini, Deiparæ Virginis ac Sanctorum  
 merita protulerunt, uberimos percipit. Distracta sunt præ-  
 dia alienique juris effecta recuperabantur: nunc virtutes,  
 dona et merita, quibus peccando merito exuimur, liberali  
 Dei misericordia recipimus. Exules tunc patriam repe-  
 rant: nunc ad cælum unde exulantes in hac lachrymarum  
 valle misere pererramus, iter nobis præmonstratur, et ape-  
 ritur. Vos igitur catholici Principes, qui sol decorum prerogativis  
 insigniti, ad christianam pietatem promovendam ardentibus,  
 quam ceteri obligationis nexibus obstructi estis vosque omnes  
 Christi fideles, quos Romana Ecclesia materno gremio comple-  
 ctitur, ad jucundissimam sancti hujus jubilæi celebrationem  
 paterna, quæ urget, nos caritate, vocamus et invitamus, ac quasi  
 subam exaltantes vocem nostram prophetica in vos oracula  
 convertimus et clamamus. Audite hæc omnes gentes, auribus  
 percipite, qui habitatis orbem. Adveniunt, dies penitentis ad  
 redimenda peccata, ad salvandas animas. Appropinquat tem-  
 pus quo Dei misericordia, eos tandem convertat, quos sera  
 ejus ulciscendi voluntas diu toleravit. Humane vite brevi-  
 tatem vobis ipsi ob oculos proponite: cogitate, nos instar aque  
 dilabi, ac vitam nostram, velut a sexente præcidi. Et quam-  
 vis nonnulli ex Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris  
 eidem jubilæi anno concelebando præscriptum olim tem-  
 poris spatium provide arctantes, tam solemnem culpa-  
 rum remissionem, divinæque justitiæ delictarum penarum  
 relaxationem intra angustiores annorum limites contraxerint,  
 nihilominus ob paucitatem dierum nostrorum paucis illam  
 redituram putantes, queramus Dominum dum inveniri potest,  
 invocemus eum dum prope est. Venite ergo ad locum quem

elegit Dominus, ascendite ad mysticam hanc Jerusalem, tot tantisque a  
 Deo beneficiis auctam, tot muneribus cumulatum, ut vere de ea dicatur,  
 fluminis impetum letificare civitatem Domini, caelestium nempe flu-  
 minis gratiarum cujus opportuna irrigatione fidelium animae fecun-  
 dantur. Venite et afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino  
 gloriam nomini ejus, adorare Dominum in aërio sancto ejus. Hic,  
 filii dilectissimi, vere confiteamini Deo in Ecclesia magna, in ~~populo~~  
~~populo~~ gravi laudabitur eum, quandoquidem haec est ceterarum Ec-  
 clesiarum magistra, prima catholicae religionis sedes, mater creden-  
 sium, orbis caput, vertex rerum, quapropter et caelestes benedictiones  
 quas sititis, hic non ex rivulis petetis, sed haurietis aquas in gau-  
 dio de fontibus Salvatoris, aquas videlicet saluberrimas, quibus haustis,  
 efficietur in vobis fons aquae salientis in vitam eternam. Haec  
 igitur Nos praë oculis et in votis habentes Romanorumque Pon-  
 tificum praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, et eorum pium  
 ac saluberrimum institutum retinentes de venerabilium fratrum no-  
 strorum S. R. E. Cardinalium assensu jubilei celebrationem in  
 annum proximum 1625 a primis Vesperis vigiliae Nativitatis Do-  
 mini nostri Jesu Christi proxime futurae inchoandam, et per  
 totum annum ipsum finiendam auctoritate Dei omnipotentis,  
 et beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quanto maxi-  
 mo possumus animi nostri gaudio ad ipsius Dei gloriam,  
 et catholicae Ecclesiae exaltationem indicimus et promulgamus. Quo  
 ipso jubilei anno durante omnibus utriusque sexus Christi  
 fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Lateranensem,  
 beatorum Petri et Pauli apostolorum, nec non Sanctae Mariae Ma-  
 joris de urbe basilicas semel saltem in die per triginta continuos  
 aut interpolatos dies si Romani vel incole vasis, si vero pere-  
 grini alii externi fuerint per quindecim saltem dies devote  
 visitaverint, et pro ipsorum fidelium, ac totius christiani populi

salute pias ad Deum preces effuderint plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem ac veniam misericorditer in Domino concedimus et impartimur, et quoniam evenire potest ut ex iis qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad urbem se contulerint aliqui in via, aut etiam in ipsa urbe, morbo vel alia legitima causa impediti; aut morte preventi; praefinito dierum numero non completo ac ne quidem fortasse inchoato, praemissa exequi, ac ecclesiam et basilicas huiusmodi obsequere nequeant. Nos pia, promptaeque illorum voluntati quantum in Domino possumus, benigne favere cupientes, eosdem vero praenitentes et confessos praedictae indulgentiae et remissionis participes perinde fieri volumus ac si ecclesiam et basilicas praedictas diebus a nobis praescriptis re ipsa visitassent. Vos autem venerabiles fratres nostri Patriarchae, Primates, archiepiscopi et episcopi in partem sollicitudinis nostrae vocati; capite tubas argenteas, quarum unus est in jubileo, adhibite praedicationem Verbi Dei, et pronuntiate populis gaudium magnum, ut sanctificentur, et Dei juvante gratia parati sint ad caelestia dona capienda, quae bonorum omnium largitor Deus, filius dilectionis suae per ministerium humilitatis nostrae preparavit. Ad caelestia munera in hac urbe percipienda vocate eorum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, docete oves fidei vestrae creditas, quia advenit et peregrini sumus in hac vita, et civitatem hic permanentem non habemus, sed futuram inquirimus. Socete omnes si unquam alias nunc potissimum iras, rixas contentiones, et inveterata odia extinguenda propter Christum, nunc praecipue omnes carnis sordes esse detergendas, ut Aeternum Dei mundum sit et unusquisque vas suum possideat in honore, et portet Deum in corpore suo. Docete eos nunc maxime scelera detestanda esse, dandamque operam, ne quis christiano nomine abutatur. Docete sacros Indulgentiarum thesauros lucrandi, spem omnem inanem esse, nisi quis

contrito et humiliato corde se ipsum preparare, et christianis operibus exercere  
 studeat. Qui autem divitiis abundant, aperiant viscera sua, et fratrum suorum  
 pauperum iniquam sublevent, precipue vero erga peregrinos Romam venien-  
 tes, misericordes sint, et sanctam hospitalitatem Deo gratissimam, et quam  
 vetustissimi illi christiani, etiam inter persecutionum fluctus, diligentis-  
 sime coluerunt, ipsi quoque multa cum hilaritate spiritus renovent atque  
 obserrent faciuntque sibi amicos de mammona iniquitatis, ut recipian-  
 tur in eterna tabernacula. Admonete etiam omnes, ut orent pro  
 regibus et principibus christianis, ut quietam et tranquillam vitam  
 agamus, et pax ac concordia perpetuo conservetur. Postremo docete eos  
 cum sanctam peregrinationem susceperint, qua modestia, qua  
 devotione, qua fraternae pacis observantia connecti eos oporteat, ut sint  
 Christi bonus odor in omni loco. Praebete autem vos ipsos fratres vene-  
 rables, et omnem clerum exemplum imprimis bonorum operum,  
 et formam gregis et vestrae virtutis ac religionis veluti sale ceteri  
 condiantur, et omnem peccati putredinem abhorreant, et denique  
 omnes unanimes in uno spiritu christiane caritatis atque in  
 omni sanctitate et justitia Deo servamus. Hortamur quoque  
 et rogamus in Domino carissimos filios nostros imperatorem  
 electum, ac reges et principes omnes catholicos, ut quo plura et  
 magis illustria beneficia ab eo, per quem reges regnant, accepe-  
 runt, tanto ardentius, ut par est, ad Dei gloriam procurandam, pio  
 zelo excitentur, precipue vero fratrum nostrorum episcoporum et su-  
 periorum antistitum pastorem sedulitatem et vigilantiam adju-  
 vent, et a suis magistratibus ac ministris adjuvari mandent, ut im-  
 proborum licentia coerceatur, et bonorum studia eorum regia ope et  
 gratia foveantur. Maxime autem erga peregrinos beneficentiam et libera-  
 litatem exercent, cumentque ut tutis incedant itineribus et nulla homi-  
 num perditionum veratione perturbentur, sed hospitalibus, domibus et pu-  
 blicis hospitibus amanter excepti, et comenatu, et rebus ad vitam necessariis

recreati sine ulla concussione, et injuria institutum iter peragant, et cum gaudio in patriam revertantur. His enim hostis reges potissimum et principes Deum sibi placabilem reddent, ut diu in terris felices vivant, et demum in ~~eterna~~ tabernacula recipiantur ab illis ipsis pauperibus, erga quos misericordiam exeruerint, in quibus Christus pascitur et nutritur. Ut vero presentes littere ad omnium fidelium quibuscumque locis existentium notitiam facilem perveniant, volumus eorum exemplis etiam impressis manu notarii publici subscriptis ac personae indignitate ecclesiastica constitutae sigillo munitis eandem prorsus fidem haberi, quae haberetur iisdem presentibus si exhibite forent et ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae indictionis promulgationis, concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1624, 3 calendas Maii, Pontificatus nostri primo.

Ab Ill<sup>mo</sup> archiepiscopo ecclesia primaria S. Gudule item, parochialis S. Catharinae, si bene recordor, assignata est ad lucrandas jubilaei indulgentias et haec eo consilio ut oblationibus et elemosynis perficeretur chorus qui ex fundamento inceptus erat a supradicto Domino Galeno ni fallor. Ser<sup>ma</sup> Inlans statis diebus cum tota curia comitante pedibus accessit, cum Rhedae a tergo vacuae subsequerentur. Nobis autem aliquot altaria designata fuerunt coram quibus quinquies Pater et Ave legeremus 15 diebus.

Superius posui ex libello supplicii R. Patri exhibito summam terras quas vendere petebamus pro acquirendo territorio de Wemel, sic responsum invenio: Ego infrascriptus Prior Cartusiae Lyrae a

Conventualibus Cartusie Bruxellensis electus ad providendum supplicatis libello supradicto auctoritate R. P. Prioris Cartusie Ordinis nostri Generalis concedo tantum divendi ex terris ad istum libellum specificatis quantum ad plenam emptionis in eodem libello insinuatæ solutionem requiretur ultra summam pecuniariam quam habent in acquisitionem rerum immobilium convertendam. Et primo ex dictis terris partes ipsis supplicantibus minus utiles alienentur et gradatim deinceps donec prædicta solutio compleatur, et in eo sistatur venditio. Et hæc nostra concessio erit parvi valoris et effectus cujus forent littere patentes in libello isto postulante. Datum Bruxellis 30 Septembris 1626.

Hæc omnia decernebantur provide ex bono et discreto zelo P. Richardi Vicarii nostri ne quid ultra necessitatem venderetur, imo auctor fuit ut terrulæ hinc inde dispersæ venderentur et non integra villa S. Anne nuncupatæ pro qua vendenda P. Gilbertus Bausius Prior licentiam obtinuerat a Reverendo, sed tamen non vendiderat rem forte attentius recogitans. Hic tamen Prior licentiam confirmari procuraverat a R. Pape sine consensu conventus supplicationem hinc apponam.

Reverendissime in Christo Pater. Exponunt cum omni reverentia et humilitate Prior et Conventuales Cartusie vestrae Bruxellensis grangiam quamdam se habere sitam in parochia Itterbeke et Dielleke habentem aliquas terras arabiles plerasque tamen longius sitas, vagas ac minus utiles, et per varias particulas divisas: nec non domum dicte grangie una cum stabulis aliisque ædificiis valde caducam, adeo ut vix 2000 florenorum cuncta restaurari possent; gravatam insuper variis redditibus irredimibilibus in gravis nimirum ultra 10 modios in pecunia 70 flor. annue et aliis oneribus. Exponunt præterea quedam bona se habere minus domui proficua in parochia de Nays ac bonarium unum cum dimidio in Watermale exigui fructus. Unde omnia prædicta loca cum vix aliquid utilitatis supplicantibus adferunt, ac tantis oneribus domum gravant, ac officiales multos labores inutiliter suscipere cogant, sitque prudentium virorum iudicium carius nunquam ac

utilius posse divendi quam hoc pacis tempore, supplicanti cum  
omni humilitate ut autoritate R. P. V. id nobis liceat ea conditione  
ut pecunie inde procedentes melioribus ac utilioribus terris coe-  
mendis impendantur. fr. Gherbertus Rauhuisius Prior, etc.

Committimus Patribus Visitatoribus ut nostra autoritate provideant  
supplicanti ad formam Statuti Cartusae sedente Capitulo 1617.

fr. Bruno Prior Cartusae. An Visitatores concesserint ignoro.

Placeat R<sup>mo</sup> Paternitati vestrae de novo concedere et confirmare facultatem  
et licentiam petitam in pagina praecedenti; cujus effectus huc  
usque remansit suspensus. fr. Bruno d'Outelair humilis Prior Cartusae Brunellae.

Innovamus prout petitur Cartusae sedente Capitulo 1624. fr. Bruno Prior Cartusae.

Verum iuxta supputationem quam fecit V. P. Prior S. Bruno d'Outelair sunt  
158 bonariae terrae. An ista videantur aliquae terrae? Certe magis videri  
debet consensus Conventualium, qui omnes fatentur se nunquam  
scivisse tantum esse et haec licentia abreptitiae et subreptitiae im-  
petrata fuisse (certe nomination designari debuissent). Ideoque  
merito cancellata est die 30 Julii 1626 praesentibus et consentienti-  
bus praefato V. P. Priore S. Brunone, et omnibus Conventualibus in cella  
P. Senioris post privatas Missas dum consensissent et subsignassent  
in venditionem 14 bonariorum terrae unius jugeri et 86 virgarum ad  
persolvendas terras quas emerunt a Capitulo generali sitas in We-  
mele. Et audio ex his terras aliquas in Laken, mi fallor, non  
fuisse venditas. Adhuc debui sub finem vite S. P. d'Outelair Visi-  
tatoribus insinuarere ut omnes litterae super hac licentia et consensu  
vendendi villam P. Annæ abolerentur.

Hoc tempore V. Prior noster ex gravi et diuturno morbo decubuit.

In festo S. P. N. Primonis archiepiscopus Mechliniensis S. Jacobus  
Boonen post Vesperas sub vesperum visitavit ecclesiam nostram devotio-  
nis et indulgentiarum lucrandarum ergo, et familiariter egit cum P. Vi-  
cario de occurrentibus negotiis: sic etiam B. Franciscus de Sales episcopus

Genevensis sollebat eo accedere quo confluebat populus ut ipse esse in capite gre-  
gis sui. Quidam Leodiensis Balduinus Coune cum cerneret ad Privatium Car-  
lusie Leodiensis virum litteratum promotum sibi persuasit gratum fore si in  
honorem S. P. N. Brunonis carmen prangeret atque curare, quod tale est:

Ad majorem Dei gloriam.

Divo Brunoni eremitici Cartusianorum Ordinis fundatori  
et Patrono.

Sancle Bruno meritis referet, quæ gratia grates?

Quæ laudes poterit laus celebrare tuas?

Præus ut aspectu radianti semina Phœbus

Quæ data sunt terræ procreat, auget, alit,

Sic tua non poteris decretere pignora, sic hæc

Per sedem æthoniti solis utramque seris,

Cartusianus apex terræ agnitus, agnitus æthæ

Hercule te gaudet, hui es æthlante magis

Doctor eras aliis doctissimus, at doctorum

Adspiciendo mori tu sibi Doctor eras

Vidisti quid honos, quid pompa et gloria mundi

Plus certi colis de grege ventus habet,

Nec vanum vidisse fuit, tu totus in alto es.

Hic magis æternum quod dat olympus habet,

Lurgit æthos, sed quantus æthos? Cartusia dives

Virtutum, ætheris emula deliciis

Hic habitat virtus, lascivia nescit heremum,

O Deus, o quantas condit heremus opes?

O Bruno contemptor opum, contemptor honorum

Quo te virtutis flamma calore rapit?

Est ne aliquid supra cælum? tu sidera vincis

In terris virtus nescit habere moras.

## Chronographicon

Dab. Vlt<sup>is</sup> Valtis e Vlt<sup>is</sup> Mare Malis

D. Henricus Ram scribat miki R<sup>mo</sup> episcopum D. Maldecum de Auerpiensem cantasse cum musica Missam in sacello Cartusie Lyranæ presentibus gubernatore et primoribus oppidi illius prout impressam invenies in Vita S. Brunonis Bruellis impressa et hanc insuper visionem ex epistolis Patris sui.

Carissime Domine fili de cetero celare non possum quod pium est narrare. Cognatus vicinus noster Rogerius Clarisse habuit bonum famulum Andream nomine, qui et Domino Ludovico Clarisse fratri suo inserviebat, etiamsi comederat et dormiebat in domo cognati Rogerii tamen uti tibi computum et cassa communis eris serventur et scribentur ad commune illorum commodum in domo D. Ludovici Clarisse nostri vicini proximi nempe e regione domus nostræ. Contigit dictum famulum Andream infectum contagioso morbo post confessionem, quam Patri Gulielmo de Preeste prefesto sodalitatatis Parthenie collegii Societatis Jesu confessus fuit sicuti singulis 8 diebus solebat facere, postea extra domum ad magnum hospitale portatus valde bene tractatus, curatus et adjectus ne tota domus cognati Rogerii inficeretur quarto vel quinto die obiit. Postquam condidit testamentum, et sacrosanctis sacramentis fuit munitus. In ecclesia dicti hospitalis honorifice secundum suum statum fuit sepultus. Accidit uti D. Ludovicus miki narravit, et publice multis Patribus Patri a Marqua confessario junioris Ludovici filii amorum circiter 14, Patri Gulielmo prædicto et aliis pluribus diversorum Ordinum Predicatorum Franciscanorum et aliorum uti sequitur.

Ipsa die consecrationis R<sup>mi</sup> D. Michaelis Aphonii 13 hujus mensis Septembris erant vocati ad mensam plurimi, et fere omnes præcipui tam ecclesiastici quam seculares, et inter illos etiam dictus D. Ludovicus pater et dictus Ludovicus filius. Post gratiarum actiones

dictus surgens filius a mensa iit ad hortum, cepit ramusculum fomiculi, aperta fuit quaedam porta ante quam stabat Ludovicus filius, apparuit Andreas famulus predictus qui circa 12 vel 14 dies erat sepultus, accepit Ludovicum filium, et in momento transtulit illum in quem puteum vicium sed spationum et profundum 12 vel 15 pedum. Dixit spiritus Andree: Ne timeas Ludovice, nihil adversi tibi accidet, sed involutum te restituam et dimittam, deinde dixit, ilis vel pedes vel equo vel curru Hallas, et ibi pro me audies devote sacrum, deinde statim ascendam ad celum, et orabo pro te devotissime, sed cum dictus Ludovicus filius nihil responderet etiamsi spiritus his vel ter rogaret, sumpsit baculum, percussit ter filium supra dorsum et iterum ait spiritus: Quid dicis, facies ne? Dixit filius: faciam. Et deinde spiritus assumpsit eum ex puteo, et collocavit illum in locum priorem ante portam, ubi carperat fomiculum. Tunc iste filius in conspectu omnium flevit, clamavit, vociferavit prope terrore et dolore quae illi acciderant. Adfuit illi statim pater abduxit filium in cellas seorsum, ibi in presentia duorum vel trium Patrum Praedicatorum rogatus quidnam esset, quid illi evenerat, unde tam acriter et vehementer flevet? Tandem cum paulisper ad se redisset narravit haec omnia uti scripsi. Altera vero die 14 Septembris pater eadem indicavit denuo diversis Patribus et confessoribus, qui suaserunt ut quamprimum proficisceretur Hallas una cum filio, idque fecerunt die martis 15 Septembris curru profecti. Indicarunt idem Hallis Patribus quae acciderant, audierunt sacrum et communicaverunt. Et statim absolute sacro, dicto Evangelio S. Joannis, spiritus iterum apparuit filio, dixit Deo gratias Ludovice, deinde evanuit. Quae omnia mirabilia sunt, et maximum beneficium dum eo modo spiritus ad celum ascendit, et propter juventutem filii et amorem, cui apparuit 13 Septembris nempe ipsa Dominica post prandium circa horam quartam.

Propter argumenti et loci vicinitatem, et in ore duorum stel omne verbum narabo et aliud exemplum quod eadem civitate et sub eodem